



PARACELS
1569










DR. ERNST DARMSTAEDTER
No. 1129
COLLECTION

..70850

PHILOSOPHIAE MAGNAE AVREOLI PHILIPPI THEOPHRASTI PARACELSI, HELVETIJ, ab Hohenhaim, Philosophorum atq; Medicorum omnium facilè principis, Collectanea quædam: quorum summarium post Apologiam inuenies.

PER GERARDUM DORNE GERMANICO SERMONE, *quanto familiarius clariusq; fieri debuit, Latinè reddita.*

BASILEAE,
APVD PETRVM PERNAM.

(1569)


WELLCOME
LIBRARY
INSTITUTE

ILLVSTRISSIMO PRINCIPI CAROLO MARCHIONI BADENSI ET HACHbergensi, Landtgrauio in Susenberg, Domino in Retel, Badenvuiler, &c. Salus.



AXIME deplorandum, Illustrissime Princeps, Christianorum scripturis veris gentilicia pluris fieri dogmata, vanis tamen pro maiori parte fundamētis innixa. Certum est plurima quæ hactenus per Philosophiam tradita sunt in scholis, ex S. Scriptura nullo modo probari, sed reprobari. Patet ab Apostolo, quum inanem philosophiam illa nominat, ac vti scaturiginem sentinamq; malorum omnium & hæresium detestatur. At radicem ita fixerunt, vt vix euelli queant. Imò si quis ea quandoq; re-

formare conetur, inimicitias ac insidias ab his qui mundanam hausere sapientiam, parari sibi maximas experitur. Quod Apostolis, necnō alijs pijs, sincerisq; viris ob veritatis in Scriptura S. pari modo, quo in Philosophia cæterisq; facultatibus oppressæ mendis, releuationem euenisse palàm est. Eam non quòd ipsi vindicare potuerint, sed Christus ipse per illos, tanquam per organa media, quibus ad hoc suum opus vti voluit. Sic & verè Theophrastū Paracelsum Philosophiæ Medicinæq; vindicem electum à Deo fuisse credendum est. Nam vt Christus ait: Ab operibus eorum & signis, veri, vel pseudodoctores cognoscendi sunt. Uerumenimuero parum aut nihil ex Gentilium doctrina boni frugíue fieri potest. Porrò quicunque magis ea sunt imbuti, minus operum aut signorum edunt. Libenter sanè videremus istorum aliquem

ex tanta literarum ſuarum, ſententiarum, figmentorum & poematum copia, mathematicis nonnullis exceptis, tantillum efficere poſſe, quod præter verba foret in vtilitatem Reipublicæ, quodq́; cerneretur oculis, aut manu tãgeretur. Experti loquimur: poſtquam ex ſcholis vnà cum cæteris iam laureati gentilesq́; Philoſophi prodiremus, aliud nihil præ cæteris præſtare potuimus, quàm de lana caprina pertinaciter argumentari. Si tandem eorum vel minimus, qui ſacris & abditis naturæ myſteriis operam dant, experientiaq́; ſenſuali Philoſophiam veram exercent, opere quopiam nos aggrederetur certandi gratia: mox è Philoſophis reddebamur aſini literati ſaltem. Quo percepto præ verecundia quidem à ſcholaſticis ad ſpagirica libenter defecimus, & Paracelſo duce, luce clarius edocti ſumus, ætatẽ, ſumptus & labores no-

stros, quos antea literis impenderamus, frustra fuisse omnia. Nec tamen dicimus artes & facultates, quæ prælectæ sunt hactenus, omnes fore nullas: at pro maiori parte corruptissimas, deprauatas, & aliàs ab his qui docent ac interpretantur eas, perperam intellectas: minoriq; scholas reformatione non indigere, quàm religionem ipsam nostram. Quod quidem Paracelsi libris facilè posset fieri, si tamen omnia quibusuis extarent eius Opera non mutilata. Verùm quòd ad literatorum præter opinionem Autoris manus peruenerint, factũ est, vt optima retenta sint ab his qui Reipublicæ literariæ tantum thesaurũ, quem è muro suffurati sunt, inuident, aliaq; non edunt præter illa quæ solam Theoricam docent, Practica sibi solis retenta: sine qua præmissa nullius vtilitatis esse constat Lectoribus. Et quod pessimum

mum est, hæc Opera per frusta, membratimq́ disiungunt, & quæ rem apertissimè docent, sibi seruant: obscuriora tantùm & manca proferunt in lucem. Hinc maxima librorum Paracelsi difficultas extantium ortum habet: à qua tandem sequitur contemptus eorum. Sicuti videre licet ex his fragmentis, quæ de ducentis atque triginta libris integris in Philosophia conscriptis ab Autore, nescio quo fato Germanicè (tanquã de mensa micæ diuitũ) de manibus eorum qui detinere minimè debẽt, exciderunt, ipsis inscijs. Præterea nobis Theophrastiã, Opus in tres partitũ libros inuidẽt: videlicet Archidoxicum, Parasarchũ, & Carboantes: item librum de Quinto esse, quibus mens Autoris apertissimè patet. Summatim si prodirent in lucem omnes, quos in quouis artium, scientiarum ac facultatum genere conscripsit,

numerum trecenum sexagenum & vnum excederet. Et quamuis pauca suæ doctrinæ fragmenta hactenus extent, nihilominus inimicorum eius nullus potuit vnquam vel minimo verbo contradicere veris fundatisq; rationibus, aut argumentis: at calumnijs & conuitijs tantùm: quæ quidem in propria conuitiatorum huiusmodi capita redundant, vti patebit ex Apologia quam infrà posuimus. Ipsemet Princeps illustrißime quòd legens optimum de his facere iudicium valeas, rem ipsam nō vrgebo latius. Hoc solùm T. C. obnixè precor, vt veritatis in hoc Opusculo contentæ patrocinium suscipere dignetur, & Paracelsi Doctoris omnium excellentißimi, Præceptoris nostri: cuius quòd vita functus, minimeq; famam tueri suam vlterius valeat, causam agere meritò cogimur, & sub alis Principum, qui veritatem viribus totis

vindicare

vindicare soliti sunt, adferre. Quos inter illustrißime Princeps, T.C. à Deo nobis, quæ iustum & æquũ ab inimicis defendere semper in præclaris habuit, oblata est. Ad eam itaq; refugimus, vt saltem eius iudicio veritas ipsa vindicetur à suis inimicis, omneq; mendacium eorum fictum & perperam excogitatum in Præceptorem nostrum, ipsa coràm, operibus ad oculum demonstratis, non verbis inutilibus in aerem sparsis, vti mos aduersantium veritati fore solet, cõdemnetur. Et si nos operibus vincere potuerint, rei simus. Ter itaq; beatus, quaterq; sanus, quod animo corporeq; dicitur. Princeps illustriß. plurimos in annos viue valeq;.

Tuæ Celsit.

Infimus seruulus

Gerardus Dorn.

APOLOGIA QVA THEOPHRASTI RESPONDETVR aduersarijs.

Hæc sunt quæ in Paracelsum ab inimicis eius eiaculari solent: quòd aliud nihil habeant, quo hominem aggrediantur.

Inprimis (inquiunt) non nisi potus, & obrutus vino suos conscripsit Libros.

Alterum, vulgariter scripsit, quòd Latinæ linguæ prorsus ignarus foret.



IMILIA solent in vulgus conficta nimium spargere, præter suæ conscientiæ testimonium: saltem vt pium virum errores pseudodoctorum veritate reformare conantem, hominibus exosum reddant. Non secus Pharisæi de Christo, discipulis eius & Apostolis dixerunt, indiesque dicunt. Sed videamus quàm inscié cupientes alios denigrare, se prorsus in carbones, imò prunas conijciant. Ponamus verum fore, quod somniare libenter non erubescunt. Nunquid maximo debet adscribi dedecori tam eximijs doctoribus, quales ipsi

se re-

ſe reputatione ſaltem ſimulant, quòd homini poto, necnon vulgari (vt aiunt) doctrina velint nolint cedere debeant? Indicio eſt, quia nihil adferre poſſunt ex ſuæ ſapientiæ theſauris, quo tā ardua ſui reformatoris argumēta refelli queant, præter calumnias perperā excogitatas. Si dixerint ea minus digna redargutione, qđ ſolent: eo ſe conuictos iam faſsi fuerunt, quum nihil niſi falſum redargui debeat: hac ratione verum erit quod Paracelſus loquutus eſt. Hoc refugij habent quotquot ignari ſunt, ad quod velut ad ſacram anchoram periclitantes confugiunt: & clypeus eorum optimo iure vocari poteſt. Iam vt ex vno mendoſo conuitio cætera confictiſsima fore pateat apertius: nónne maximam vniuerſitatibus faciunt iniuriam, & Baſilienſi præſertim, quæ reliquas inter celebris, Paracelſum ad Medicinæ lecturam ordinariam per aliquot annos libenter admiſit? An non flagitioſum id fore videtur, Academias nempe diffamare mendis, ab his qui membra ſunt earum: dum tacitè diuulgant facultates in eis vulgari ſermone legi? qđ falſum eſſe ſcitur. Contra hos, epiſtolam iſtius Paracelſi ad Eraſmum Latinè datam in teſtimonium adferemus. Profectò niſi Latinum atque doctum virum agnouiſſet Eraſmus, Paracelſum, in vniuertate Baſilienſi tempore ſuo degentem docentemque, non Latinis, at vulgaribus ei literis re-

ſpondiſſet. Item adiungemus & literas ab ipſo Paracelſo Tigurinæ ſcholæ cœtui Latinè manu marteq; proprijs exaratas, & alteras ad D. Chriſtophorum Clauſerum Doctorem Medicum atque Philoſophum apud Tigurinos. Fortius Liber eius de Tartaro, necnon alia complura Opuſcula per ipſum etiam edita Latinè, teſtantur contra liuidos iſtos diffamatores, eorum calumnias merè confictas fore. Sed vide quæſo, Lector optime, quàm friuola ſunt hæc aduerſariorum eius figmenta: quæ ſi etiam vera forent, nihil inferre poſſunt. Ac ſi nulla Philoſophia, Medicina, vel alia doctrina quęuis, præterquam Latinè tractari valeat: vulgariter non. Hac ſua ratione liberales artes nullæ dici poterunt, ſed literatis idiomatibus adſtrictiſsimè ſubiectæ. Quid non ab inferis adferent, quo ſcabiem ſuam tegant? Hac via ſanè minimè fecerint. Quin potius eam permittunt medicari veris & ſalutiferis, quæ Paracelſus adfert remedijs? Faciant iſti quod poſsint: aliquandiu veritati reſiſtent: at in poſterum velint nolint ſuccumbere cogentur cum ignominia maxima. Satius nimirum foret nobiſcum vt à fouea pedem retraherent, prius quàm in eam ſeſe præcipites dedant. Lector optime iudicium huius ex æquo faciens,

Vale.

ELEN-

ELENCHVS TRACTAtuum in hoc Opusculo contentorum.

DE Vera influentia rerum.
De inuentione artium.
De sensu & instrumentis.
De tempore laboris & requiei.
De bona & mala fortuna.
De vtraq; fortuna.
De sanguine vltrà mortem.
De obsessis à malis spiritibus.
De somniis & erynnibus in somno, & annexis.
De animabus hominum post mortem apparentibus.
De lunaticis.
De generatione stultorum.
De homunculis.
De Nymphis, Syluanis, Pygmeis, Salamandris, &c.
De imaginatione.
De maleficis & eorum operibus.
De animalibus ex differentibus specie natis, vel extra naturalem ordinem.

THEOLOGORVM PATRONO EXIMIO D. ERASmo Roterodamo doctißsimo, suoq́ optimo Theophrastus Paracelsus.





Væ mihi sagax musa & Alstoos tribuit medica, candidè apud me clamant: similium iudiciorum manifestus sum auctor. Regio hepatis pharmacijs non indiget, nec aliæ duæ species indigent laxatiuis. Medicamen est magistrale arcanum potius ex re confortatiua, specifica, & melleis abstersiuis, id est cõsolidatiuis. In defectũ hepatis essentia est secũda, quæ de pinguedine renum, medicamina regalia sunt peritæ laudis. Scio corpusculum mesuaticas tuum non posse suf ferre colloquintidas, nec aliquid turbidatum, seu minimum de pharmaco: scio me aptiorem, & in arte mea peritiorem, & scio quæ corpusculo tuo valeant in vitam longam, quietam & sanam: non indiges vacationibus. Tertius morbus est (vt apertius loquar) quædam materia seu vlcerata putrefactio, seu natum phlegma, vel accidentale colligatum, vel si fex vrinæ, vel tartarum vasis, vel mucillago de reliquijs è spermate, vel si humor nutriens viscosus, vel bituminosus: pinguedo resoluta, vel quicquid huiusmodi sit, quando de potentia salis (in quo coagulandi vis est) coagulabitur, quemadmodum in silice, in beril-

lo potius: similis est hæc generatio. Hæc non in te nata perspexi. Sed quicquid iudicaui, de minera frusticulata marmorea existente in renibus ipsis, iudicium feci, sub nomine rerum coagulatarum.

Si optime Erasme mea praxis specifica tuæ Excellentiæ placuerit, curo ego vt habeas & medicum & medicinam. Vale.

Theophrastus.

REI MEDICAE PERITISSIMO DOCTORI THEOPHRASTO Eremitæ, Erasmus Roterodamus S.



On est absurdum medico per quē Deus nobis suppeditat salutem corporis, animæ perpetuam optare salutem: demiror vnde me tam penitius noris semel duntaxat visum. Aenigmata tua non ex arte medica quam nunquam didici, sed ex misero sensu verissima esse agnosco. In regione hepatis iā olim sensi dolores, nec diuinare potui quis esset mali fons. Renum pinguedines ante complures annos in lotio cōspexi: tertium quid sit non satis intelligo, tamen videtur esse probabile mihi, id molestare vt dixi. Hisce diebus aliquot nec medicari vacat, nec ægrotare, nec mori, tot studiorum laboribus obruor. Siquid tamen est quod citra solutionem corporis mihi potest lenire malum, rogo vt communices. Quod si distraheris, paucissimis verbis

verbis ea quæ plusquàm laconicè notasti, fusius explices, aliaq́ præscribas remedia, quæ dum vacabit queam sumere. Non possum polliceri præmium arti tuæ studioq́ par, certè gratum animum polliceor. Frobenium ab inferis reuocasti, hoc est dimidium mei, si me quoq́ restitueris, in singulis vtrumq́ restitues: vtinam sit ea fortuna quæ te Basileæ remoretur. Hæc ex tempore scripta, vereor vt possis legere, Bene vale.

Erasmus Roterodamus
suapte manu.

THEOPHRASTVS EX HOHENHEIM VTRIVSQVE medicinæ doctor & Physicus Basiliensis, ornatissimo studiosorum Tigurinorum cœtui Salutem.



Heu quàm misera mortalium est conditio. Nullum enim ferè gaudium est, cui non statim plerunq́ luctus sequatur comes, candidissima fautorum cohors. Hactenus recitatam in me, non vnquam tam accuratè animaduerti quàm in præsentia, non considerans viro sapienti, non ea solùm quæ ante pedes sunt, sed & quæ à tergo (instar Iani illius bicipitis) ac latere circumquaque eueniunt, summo esse studio obseruanda. Ratio est, quia suauis, syncerus ille

vester conuictor quo nuper apud vos fruitus sum, cuius etiam adhuc cum summa gratiarum actione recordor, sic animum meum atq; oculos delinierat & oblectauerat, vt futurorum planè immemor (nempe nihil sinistri præsagiente animo) rem omnem bene gestam atq; adeò gaudium illud apparens citra comitem tristitiam transactum atq; absolutum arbitrarer. Atq; cùm ea nunc demum videam quæ tum temporis præuidisse oportuerat, quî quæso à mœrore ac luctu temperem? Nempe quòd ille quem Basileæ charißimum habui amicum, nunc iam demotino lapsu quo etiam secundariò antea decubuerat, posthac tamen per me cui à grauißimis vinculis, in quæ ab imperitis illis apud Italos natos Doctoribus coniectus fuerat, tum à morbo etiam ipso liberatus, cuius Erasmus ille Roterodamus quoque testis est Epistola illa suapte manu conscripta, præterea tota illius familia, postremò verò cum iam conualuisset, etiam ipsemet, quem ita sanitati restitutum ac bene iam habentem hinc ad vos hilaris profectus, hîc reliqui, interea dum sic apud vos genio indulgeo atque animum laxo, correptus illo quem dixi casu diem obijt: ille inquam, quem perinde ac oculos meos amaui, Ioannes Frobenius, omnium doctorum & bonorum (nimirum ipse quoque doctus & bonus) virorum parens ac tutor, omnigenæq; eruditionis diligentißimus propagator. Quamobrem eiusmodi quoque improuisus vitæ meæ ab eo qui illum rapuit, timendus mihi est obitus, quid meæ mihi animæ dico? imò suæ vniuersis.

Quocirca

Quocirca moniti vigilate combibones optimi, & si quid fortè hîc à nobis minus ex officio fiat, grauissimo illi quo nunc torqueor, & qui mei memor esse nõ sinit, mœrori ascribite. Valete sodales suauissimi, & Theophrastum vestrum amate. Basileæ ex musæo nostro IIII. Id. Nouembris. Anno M.D.XXVII.

THEOPHRASTVS EX HOHENHEIM EREMITA, vtriusque Medicinæ doctor, Physicus & ordinarius Basiliẽsis, clarissimo domino Christophoro Clausero, Doctori Medicorum ac Philosophorum Tigurinorum eruditissimo suo, Salutem.



EXcellentissimum atque optimum cuiusq; veri medici est, vt suum ipsius ac proprium mentalem medicum probè cognitum habeat, sciatq; suine arcani potens sit an non: perinde ac tu Christophore Tigurinorum medicorum optime, nihil planè citra iudicium & exquisitam (quam mille testem haud immeritò vocant) conscientiam in medica faculta-

te vsurpas. Sed qua potestate in hac nostra monarchia ego me exerceam sic habe: Innata mihi mea est violentia medica ex patrio solo. Sicut enim Arabum medicus erat Auicenna, Pergamensium Galenus, Italorum verò Marsilius medicorũ optimus fuit: ita etiã ipsa me Germania fœlicißima in suũ medicum necessariũ delegit. Scis namq; & tu ipse vniuscuiusq; medici velut matrem esse ipsam experientiam, imò nostræ quoq; totius monarchiæ. Præterea verò, & sui quoq; iuris esse omnem patriam: insuper, nullum peregrinum cum patricio patriæ probè vniri: neq; contrarium, hoc est, alienum, cum alio sibi contrario vnquam bene comparari posse. Ex eo quidem obserua, vt ad me Hippocratem cõferas, me verò ad Auerroen, Rasim autem cum nobis tribus compara simul, quemlibet nempe iuxta suam patriam.

Quandoquidem & Arabes & Græci vnà cum Germanis non secus atque triplex marrubium in eodem consistunt æquilibrio. Et ambram Germaniæ græcamq; cum storace & therebintho, balsamo & mumia parem faciunt. Neque enim clam te est, vnamquamque patriam sui elementi in se continere matrices, sibiq; ipsi id quod est necessarium exhibere. Est enim Arabia suæ patriæ ambra: Et licet fortè Chaldaicæ rosæ ad Arpinatem nulla sit comparatio, quid hoc ad ipsas attinet ægritudines? Rosa quippe semper suæ patriæ rosa. Eodem sanè pacto quælibe natio suum sibi proprium ac peculiarem medicum producit, illũq; nimirum ex suo archæo. Omnis enim

enim necessitas artifici suo præstat industriam. Cæterùm ipsa eadem necessitas medicinæ visq; velut præceptor ac parens est. Quocirca excusare se possunt à Græcis Itali, & ab vtrisq; Germani: quilibet enim horum suam sibi ipsis habent necessitatem, eiusq; necessitatis peculiarem item adiutorem, propriæ scilicet nationis naturæ. Atq; vt Arabum aut Græcorum quis insomnia sectetur ac mores, necessitas nulla est, patriæ autem error, peregrina verò arrogantia. Oscitanter siquidem hoc fit ac velut per somnium citra omnem rationem incoactè, præterquam vel opportunitatem vel occasionem, ex quibus tamen rebus medicum gigni oportet. Cæterùm, qui propter eiuscemodi oscitantiam ac somnium ex patriæ suæ necessitate in medicum excitatur, is demum nationis suæ perfectus medicus existit, ac planè eius soli Hippocrates ipse, Auicenna ipse, ac ipse deniq; Lullius. Quanquam hoc in loco non idcirco eos laudarim in hoc, quasi, qui ex necessitate sint prognati, cum quod de istis silentio prætercam, eorum errores sua ipsorum etiã patria sufferre nequeat: quid enim quæso Viennam Rasis iuuat? quid Friburgo prodest Sauonarola? quid Arnoldus Sueuis? quid Gentilis Iacobi de Partibus, & Thurisani cõmentarij Misnetis cõferũt medicis? quid his omnibus Auicenna? quandoquidem vel sola infirmo non consideranda est sanitas. Hæc igitur facultas ea est ex qua ego scribo, quã ipsa mihi patria dedit, idq; ipsum per necessitatem quam dixi, ex qua prognatus ego sum: proinde & hoc quic-

quid est libelli tibi dico, vt in typis excudendo eum commendatum tibi habeas: persuasum verò mihi est, hisce meis propediem ab aliquo fortaßis imperitiore responsum iri, atq; illi ipsi à me rursum: inde enim vtrinq; manifesta fiet atq; innotescet planè cuiusq; medici neceßitas ægrorumq; sanitas. Cæterùm, ij quos ego dilectißimos habeo, breuiter fortè aliquot obscuriorum in his locorum interpretationes dabũt, non autem ille ex meis vetustißimis vulpibus. Nempe dissecta est quippe ac lacera mea medicorum turba, pars vna linguæ fallacis, altera cordis & linguæ. Quid num velim nimirum intelligis, proximè ad te aliquot mittam descriptiones vnà cum mea olei colchotarini emendatione. Boni consule, semperq; amicum vt agas, operam dato. Vale. Basileæ quarto Idus Nouembris.

Anno XXVI.



PHILOSOPHIAE MAGNAE THEOPHRASTI PAracelſi, Tractatus aliquot ex potiſſimis Operum ſuorum ſelecti.

Ex libris de vera influentia rerum.

Prologus.



Erum influentia duplex: vna quidem ex creaturis, vti cœlo, ſpiritibus, &c. altera nobis ex Deo prouenit immediatè, quæ vera eſt influẽtia, de qua etiam hoc loco tractare propoſui: hanc enim apprehendere poſſe datum eſt nobis. Prior eſt ipſa natura, tum quicquid in eam Deus poſuit. Magna certè, ſed ad alteram comparata minima eſt, quòd illa ſuper naturam, & ex Deo procedat. Maximus nobis defectus propter quem videmus, & non videmus, ineſt: quare parum aut nihil addiſcimus, & inde plurimũ erroris oritur, vti laus & vituperiũ: ambo quod laudent, aut vituperẽt, non intelligunt. Nihil tam egregiũ quod non vituperari poſsit, & ecõtrà. Quapropter etiã quæ ex Deo eſt influentia negligitur. In exẽplum

ergo rerum naturalium exempla duo tractaturus ſum in fine concluſionis eius, propter quod hunc librum cōſcribere cœpi. Non quiuis hiſce rebus immiſcere ſe deberet, aut eas inueſtigare profundius, his maximè temporibus, quo plurimos latratores experimur, operarios verò nullos. Multi ſibimet ſapere perſuadent, non conſiderantes in perſuaſionibus veri nihil exiſtere: ſapiendum eſt quidem, ſed hoc tempore ſapiētia difficilis, quòd ſpiritus volatiles in iſtos latratores dominium habent, eorumq; lucem occęcant.

Tractatus primus.

OMnia ſunt ex Deo, ergo & herbarum vires, atque virtutes. Creauit Deus herbas, at vires & virtutes earum non: productio herbarum naturalis eſt, at non virium: nam vti Deus non, nec etiam virtutes naturales exiſtunt. Omnis eſt increata virtus, quia Deus eſt ſine principio increatus: fuerunt enim virtutes omnes in Deo cœlorum, atque terræ, quum ſpiritus Domini ferebatur ſuper aquas. Non aliàs quando cœlum & terra peribunt, virtutes omnes in Deum reuertentur, quòd etiam ſine principio ſint: at materiæ viſibiles creatæ ſunt, non erant enim in principio apud Deum: nam ex nihilo creauit eas, & inſpirauit vitam & virtutes, &c. Nullam rem creauit Deus inanem, aut vacuam, nihil

nihil enim foret lapis absque virtute sua, nil homo præter animam, &c. Sed rei cuiusuis vtilitas, est eius plenitudo, vti vaccę lac, est vtilitas eius & plenitudo: terræ fructus plenitudo sunt eius, & fructuum plenitudo: sanguis & caro sunt in potentia, &c. quia id fit in corpore nostro. Est igitur omnis creatura domui, & eius virtus eam inhabitanti similis: nemo domum ædificat vt vacua sit: est itaque domus externum interioris, quod in ea continetur signum, secundum rei proprietatem, non vnius sicut alterius: quia res omnes ratione sui finis factę sunt. Omnia creauit Deus propter hominem, quem etiam creauit vt in Ebron seruaret eum: at prouidentia diuina præuidit inobedientiam eius, propter quam ab eo loco in omnis generis bonum atq; malũ, mœroris & lęticiæ pulsus fuit postea. Delectatione sustentatur atq; nutritur, & destinatis, in quibus seipsum exercet homo. Calamitas & miseria sunt ex eis quæ deficiunt, vt illa sudore laboreq; sibi comparet ac recuperet, vt infirmitate sanitatem: hoc in suijpsius cognitionem, illud autem in subleuationem tędiorum datum est. Auxilia rerum quæ necessarię sunt omnium, temporis successu permisit Deus paulatim in lucem vnum post aliud erumpere (nam indies magis ac melius hominis misertus est) vti sunt vestes, ac metallorum separationes, &c. Non solùm Deus omnia repleuit suis virtutibus, verùm etiam

domum externam ordine diuisit, vt per signa quæuis herba particulariter ab altera cuius virtutis existat, cognosci posset, ac nos in quibusuis rebus id quod necessarium est nobis, quærere sciremus. Falsa Philosophia dicit, sydus hoc talem herbam exhibet, istam vel illam influentiam aut virtutem, quod falsum est. Nunquid vrtica suam vstionem, & ebulus suum odorem dare debent? vt de arcanis taceam, & mysterijs, sicut ex semine quod ex ipsa nascitur, in sua specie propagatur vrtica quidem in finem vsque sæculi, &c. Cœlum nihil posside, nec aliàs existit in operatione sua, quàm ignis, qui carnem in olla coquit, nihil carni tribuit ignis, coquit ac præparat solùm id quod in ipsa est. Cœlum igitur æstatem & hyemem habet, diem & noctem duntaxat, & aquam, & rorem, quibus res in terra coquuntur, & ista sal continet. Pariformiter in homine transmutatio cibi in carnem, ex natura non prouenit, sed ex Deo, qui transmutationis ordinem sic disposuit, vt hoc in illud transferri mutariq; debeat, istud aut aliud in cibum esse, vel non: quapropter nullum sydus hominem efficit, solus enim Deus est faber, qui vicarijs non indiget, nec eos vult: quod falsa Astronomia, pseudóque Philosophia docet. Operationes huiusmodi naturæ nomen vsurpant, eo quòd in rerum natura sunt incorporatæ, non autē quòd aliquid efficiant: id illos docere difficilimum est, qui vanis

nis ſtudijs iam imbuti fuerunt antea. Homo non ex aſtris edoctus eſt, nec ſapiens, quod Chriſtus docet ipſemet dicens: Filius hominis non cœli, ſed hominis, ergo Adæ: ſi Adæ, ergo Dei, quia Adam erat filius Dei, propterea etiam ſeipſum vocat Chriſtus filium hominis: aliàs Aſtronomi non vererentur eum Solis filiũ appellare. Homo diuiditur in brutum & hominem. Brutum, ſecundum naturam viuit: natura, ſunt aſtra maiora ſiue minora: brutum in omnes mundi ſpecies animantium eſt diuiſum, vt ſunt quadrupedia, bipedia, volatilia, &c. In his omnibus non eſt homo, quem in Prophetis & Apoſtolis, &c. Deus elegit, in quibus eorum bruti, nec eius naturæ, ſapientiæque reſpectum habuit: aliàs ex Aſtronomia debuiſſet eos elegiſſe: quapropter eorum poteſtas & virtus ex Deo eſt: itidem & aſtrorum, herbarumq; vires: eſt igitur vnica virtus atque poteſtas omnibus à Deo data. Aſtra nihil in Apoſtolis cooperata ſunt, minus etiam in rebus naturalibus: domum excoquunt ſolùm, ſicuti faber domum ædificans in habitationem, inhabitaturos verò non: formam diſcretam, id eſt exteriorem domum ſignis ſuis, quibus vnumquodq; ſecundum vniuſcuiuſq; formam cognoſci queat, diſcernit tantùm. Virtutes in rebus exiſtunt, vt anima in homine, ſed rerum naturalium animæ differunt, quòd ſine principio fuerũt apud Deum:

anima verò hominis creatura ſit à Deo procedens, & iterum ad Deum reuertetur: ſic mirabilis Deus in ſe quidem vnus, at in operibus ſuis diuerſus.

Nihil ergo verus homo cum elemẽtis & cœlo commune habet: ſolùm hominis brutum non aliàs aſtris, quàm igne potitur exiſtentis in furno, quo ſuum corpus calefacit: ſic de reliquis intelligendum eſt creaturis. Cœlum eſt duntaxat faber domorum, in quibus arcana ſunt, & non eſt arcanum ipſum: quandoquidem arcana nec ſubſtantiá nec ignem habent. Arcana ſimul vnà cum ſua domo creſcunt, & in eorum iuuentute ſunt eadem arcana quæ in domorum ſuarũ ſenectute, non aliàs quàm anima eſt eadem in infante, quæ in eodem adulto. Quòd arcana quidem in iuuẽtute, non ita ſicut in ſenectute demonſtrentur, cauſa domus eſt adhuc imperfectæ: vnde perfectam etiam habitationem habere nequit, neque regimen. Domus per ſeipſam creſcit abſque anima, hæc vtique per ſeipſam abſque domo, vtraque pro termino diuinitùs ſibi conceſſo, proq; ratione quam Deus dedit eis, & non vlterius.

Tractatus ſecundus.

SVas Deus influentias, ſicuti ſol radios ſuos, emittit varijs admirandisq; virtutibus diſtributas: at ſol ipſe non varios neque

que

que diuersos dat radios, non magis quá ignis vnicus etiam vnicam proprietatem, vel naturam habet: varias tamen ignis vterque pro suorum graduum vsus applicatione. Deus ex abysso suo peculiares particulas dispersit, ac vnicuique regioni pro necessitatis exigentia. Prout ab initio Deus Prophetis occultò, manifestoq; loquutus, mādauit, & Christus cum suis Apostolis, &c. non aliàs in hodiernum diem vsque, manifesto non, sed occulto modo facit. Quòd homo libenter audiat, natum hoc modo cœlum in sua natiuitate habere dispositum, & hac de causa vel ad hoc, aut ad aliud opus inclinatum esse, brutalis id efficit natura, secundum quam etiam intelligēdum est. Si quis brutaliter viuat, spiritu mouetur astri, non astro: verbi gratia, si diues fiat, cœlum illi nec aurum, neque argentum dare potest, quippe quidnam Deus, si cœlum hoc efficere valeat? quòd autem homo perducatur ad locum in quo sunt, cœli carbones idipsum non, at spiritus illi, quos Astronomi falsi planetas existimāt: hac via Diabolum tanquam inclinationem & influentiam extollentes. Tales vocat Christus nequam homines, qui de rubicunda norunt aurora plurimùm fabulari, quod ex Diabolo potius ortū habet: Deus prophetias habet suas & astra, per signa vera quidem à præsagijs discernenda. Propheta nascitur perfectus, augur ad id educatur, valeat quantum valere potest, omne imperfe-

ctum à diabolo. Non aliàs, Romanorum ille successus pro votis, non fuit ex astris, sed ex dispositione Dei: quòd equidem cœlum hoc aut alio modo sit erga hoc vel illud terræ genus dispositum isto tempore, prouenit ex eo scilicet, quum aliquid ex voluntate Dei coqui debeat, ignis ad hoc & ligna sunt necessaria, sic Romani cœlum sibi fauēs habuerunt: hoc est, coquum optimum ad ea quæ cœperunt facere, quapropter animæ secretaq; naturæ magnalia Dei vocantur, quòd ex Deo solùm existant. Romani, victoriæ regesq; sui, metallis, metallistis & igni comparandi sunt. Populus Romanus, sunt metallistæ, cœlum Vulcanus, res & victoriæ metallum: puritas metalli, à Deo creata est, victor etiam & victoria, solū hoc à cœlo, nempe quòd purum ab impuro præparatione separatum est, vt exemplo declaratur. Nos enim homines ex natura stupidi sumus, subtilisque nihil est in nobis, qua de re cœlum est fornax liquefactoria: Romani pariter ignauos & robustos homines habuerunt, at belli prorsus ignaros, qui per se nihil effecissent. Omnia cum impuritate sua creata sunt, quoduis in suo gradu: cum igitur omnibus rebus sua decoctio separatioq; sunt necessariæ, cœlum est elemētum ignis quod coquit. Itaque Romanis reges dati sunt, vt Iulius, Cato, Pompeius, &c. loco metalli: eorum exercitus veluti fodina mineralium extitit, in qua Romani metalla sua reperērunt,

pererunt, atque probarunt, &c. Subintrauit opus in hominem, cui cœlum adfuit velut ignis, q gradu suo fuit vsus in illo: ná aliud est carné coquere, destillare pariter aliud: aliud item est liquefacere, vrereq; frigidè longè diuersum. Quum ignem, id est cœlum in hominem dominari cognoscimus, eo mox apprehendimus eũdem homines, vnum hoc, alium alio coquere modo. Supremus coquus est Deus, qui spirat in ollam, hoc est, hominem sua virtute donat, ignem & lignum addit, vt suo tempore Deus edat, id est, vtatur eo quod coxit pro sua voluntate. Talis est inclinatio, impressio & influentia: quid est igitur impressio & constellatio cœli? simul est congestus ignis ex omni lignorum genere, per quem vnaquæque res pro sua dispositione coquitur. Hominem appellant filium Iouis, aut Saturni, quod idem est ac si carnẽ isto vel alio quouis ligno coctam, filiam iuniperi, fagi, aloes, &c. vocem. Successus rerum in vno quàm in alio homine meliores, ex cœlo, hoc est à coquo sunt secũdum ignem eius, bene vel peius ardentem. Cœlum æquè ac alchimista potest errare, hinc fit vt vnus alio magis ac melius illuminetur, & hic est vnus ordo maiestatis Dei. Alter est, quum aliquibus arcanorum suorum lucem videre singularem tribuit, immediatè præter ignem, vti Prophetis, Salomoni, Abraham, Isaac, Iacob, &c. quos Dei sola manus coxit, & nullum astrum: quapropter

etiam constellatio non debet hoc appellari. Deus itē naturali pane suas creaturas, processuq; naturali nutrit, aliquot ex aduerso millia manna supra naturam aluit: ex his apertè nos docet D.O.M. quòd omnem potestatē astris, tanquam famulus suis non dederit, inde fit etiam, vt paucam habeant potestatem. Operatur Deus indies vti cum antiquis patribus olim, & vt Christus cum Apostolis. Quòd si Deus extra astra maximū & minimum etiam potest: multa quidem in sua potestatè sola reseruauit necessariò, sicut in Deum credere, & in eo viuere, solùm & immediatè procedunt ex Deo solo, pariter & vera cognitio, non ex natura: quòd ipse tamen & cœlo maximum hoc in aliquo committat, efficit vt pauci electi sint: cœlum ideo permittit operari in homines siue bene, siue malè, non tamen ad salutem: & si quis arcana maxima quæque possideat, altisimaq;, saluus vt sit necessariū est renascatur ab alto, coquaturque per Euangelium Dei. Quapropter nemo saluandorum id remanet quod erat ex natura, sed per ignem S. Spiritus probari prius, atq; transire debet in regenerationem. Crucem itaque nostram post Christum portamus, sin autem post diabolum: homo pręter Christum est instar florentisimę rosæ, quæ non secus ac omne fœtidum corrumpitur atque perit.

Tra-

Tractatus tertius.

DAmnandi ſaluãdis potiuntur in terris; vtrumq; Deus nigellam & triticũ creſcere permittit, & quodlibet in ſua virtute: damnandos, vt quod illis deficit cognoſcãt, in eorum tamen dãnationem: ſaluandos autem, vt cœleſti bus ad terrena cõparatis eorũ diſcrimen agnoſcant ad ſalutẽ: quòd ſi hoc in caduco mũdo multa pati cogãtur, in alio futuro perpetuoque ſint habituri quicquid illis promiſit Chriſtus. Omnium quibus indigebimus in alia vita, habemus vtilitatẽ cuiuſlibet in ſtatu graduq; ſuo. Quamobrem neceſſariũ eſt, vt in terris magnalia Dei habeamus, ad cognitionem eorum, quę ſaluandi ſunt in alia vita habituri, ſintq; nobis ad intellectum, vt prę̃bulum, & pręguſtatio quędam: quę in terris igitur vtilia, & in alio mundo ſunt vtilia, vitaq; indigent, vti magnalia medicinæ, &c. vt etiam ex aduerſo damnãdi ſciãt in poſterum quid illis deficiat, prout ille diues guttulam aquę deſiderat à Lazaro, non quòd remediũ ad tãtam vredinem pręſtare potuiſſet, verùm ad ſuã neceſsitatem patefaciendam, & vt retrorſum cogitaret ea quæ in terris habuerat, illi iam deficere, tum potiſsimè quidnam propter eorum ſuperfluitatem ac tenacitatem amiſiſſet. Saluandi quidem intelligunt, hanc præſentem vitã, nil præter vmbrã futurę vitæ fore, cuius felicitas eſt inexplicabilis, & quam

(vti ſpes eius in ipſis eſt) etiam obtinent. Verùm damnādi ſolùm in hac & futura vita quæ terrena ſunt, & non beata, deſiderant, optantq́ue, nec tamen obtinent. Infirmitates damnandi ſaluandiq́; patiuntur: damnandi quidem ad prægustationem inferni, ſaluandi verò in liberationem ab omni malo. Quáquam ſaluandi liberi ſunt quoad animam à Diabolo, non tamen quoad corpus, hoc enim infirmitatibus ſubiectum eſſe debet in finem vſq;. In die reſurrectionis & clarificationis corporum, decidunt à nobis omnes calamitates & miſeriæ: damnati verò tunc primùm in inferno plus calamitatum expectare debent in corpore quàm antea, quas etiam habēt ibidē, ſed longè miſerius, & abſq; remedio: tū quod eos magis torquet, eſt eorum deſiderium terrenorum tantùm, non cœleſtium, (quę quidem habere non poſſunt) iam huius, nūc alterius: at ſalui contrà potus & cibi genus omne poſſident ac medicinæ, ſecundum eſſentiam diuinam, & proprietatem. Hic mundus vix alterius eſt imago perpetui, tanquam vmbra, reſpectu corporis: habebunt hortos, omnia genera creaturarum in ſummo & cœlico mundo. Verùm damnati guttulam, & vix tantillum eorum, & vniuſcuiuſq; quod in terra eſt deſiderant, & nihil prorſum obtinent, quibus tamen in terris ad ſuperfluitatem abundarūt, contēpſerunt, abiecerunttq́;, potius quàm Lazaro quidquam eius dediſſent, quod perijt:
æquè

æquè Deus & illis nihil dabit, eadem quoque mēsura remetietur eis. Et licet nulla sit in inferno misericordia, nihilominus precantur infernales, cogitant nunc hoc, iam illud, peccatique sui frustra pœnitebit eos. Gratia Dei adhuc apud nos est, qua homines vnum eo munere donat, alium alio: hanc Pharisęi contemnunt, eamque Diabolum velit nolit fecisse volunt, ac docent, honori Dei temerè detrahentes, vt Christo, Ioanni Baptistę, Prophetis, &c. fecerunt. Tanta est astutia Diaboli, vt vbi donum Dei viderit, eò se diligenter conferat in medium, hominum oculos vt occęcet, ne videant illud. Exempli gratia: Si quispiam sit medicus, qui morbos excellentissimè curare norit, citra quod fortè nequam existat, &c. eiusque nequitia palàm sit hominibus, vt eam tegere non possit, quòd si posset etiam Diabolus manifestaret, accenderetque non alia de causa, quàm vt id quod in illo virtutis fuerit, obfuscetur, sub exterioris mali pallio: nam vbi frugi creuerit herba, carduus aderit. Hoc semper machinatur Diabolus, vt bonum præ malo videri nequeat, eiusque serui Pharisęi homines seducant facilius, ne diuinas herbarum influentias reperiant. Vulgus non animaduertit vbique locorum adesse Diabolum, & penes margaritam oletum suum apponere, ne quæratur in eo loco in quo est, eoque se terribilem exhibet hominibus, vt à vero fugiant.

Pari modo contemnitur Mercurius propter venenum, &c. Mirabiliter sua magnalia, variisque modis impertit suis Deus, quæ solùm à signis & operibus cognosci deberent, aliàs non: quia Diabolus non posset febrem, aut dolorem dentium curare, quod apprimè notandum est.

Quòd etiam signa quædam reijcienda sint, operatur Diabolus, qui falsos vbiq; locorum medicos, libros, pharmacopolas, &c. seminat, vt res non succedant, vti foret æquum, & feliciter. Hunc sequuntur medici, martyrijs carnificum instar, ac trucidationibus: & quanto fidelius ex Deo medicus id ipsum corrigere conatur, tanto crudelius Diabolus regnum suum in medicam artem ingerit, quo turbentur & falsificentur omnia, sicut etiam in Religione. Quînam aliàs posset homo simplex Deum suum contemnere, nisi per seruos diaboli occæcaretur, vt sunt Philosophi, Medici, Astronomi, qui pseudo sunt & anti?

Sunt & alij Medici supernaturales, vt Apostoli, sine medio ex Deo tantùm: aliàs cuiuis infirmitati suum est afsignatum remedium, herba, &c. Quare de personarum influentijs & locis hîc loquimur: nam in istis vehementer exercet se diabolus. Quum res quæpiam bona est, acceptáq;, signum externum fructus perhibet hominem Pharisaicum non fore: sed cõtrà, è contrario, est indubiũ signum, &c.

Imper-

Imperfectam influentiam tracto suo loco: item signa imperfecta huius aut illius rei, &c. hîc autem signa perfecta. Sæpe sunt ordinata loca quædam à Deo, hic ad illud in vtilitatem hominum, alius ad aliud locus, dona & magnalia: quapropter locus ille sacer est, non vt sancti sunt, sed vt magnale, vel arcanum: vti rosæ & lilia suum locum habent, & non omnem.

Adest mox diabolus cum regno suo, qui bonum hoc intricans, idololatriam erigit, vt homines obliuiscantur Dei, tandem donum, & Dei donum adorent pro Deo, quærantque Dei regnum in huiusmodi locis. Et vt in sua misericordia non agnoscatur Deus, familiam suá introducit diabolus, mœchos, aleatores, potatores, &c. malè regentes, &c. iam habet arcanum in tenebris suis: mox accurrunt Pharisæi, nihil enim boni hîc est, sed vsura, maliq; genus omne: quid quęso boni Deus ibi dedisset in Religione? &c. Sic influentia diuina diabolo tribuitur, vti Iudæi de Christo iudicant ipsum habere dæmonium. Non aliàs à sectis communibus margarita contemnitur à principis huius mundi filijs, & à Pharisæis, operaq; bona diabolo sunt adscripta. Quis D. O.M. in secretis suis corripiat, cur hác aut istá ciuitaté permanere sinat, eiq; donet influentias, & alias prorsus euertat, cur vna plures influẽtias habeat, quàm alia? &c. sunt enim hæc eius opera quib. cognoscitur, & quòd zizaniũ,

penes triticum crescere permittat. Quapropter influētia nulla Diabolica dici potest: nā ipse Diabolus cum suis legionibus omnibus tantam non habet potestatem, vt ollam effringere queat, quanto minus fingere: neminem etiam iugulare, nisi ex Dei præcepto, & potentia diuina. Pariter & homo nihil habet ex seipso: quare non propter ciues est iudicandus locus eorum, aut ciuitatis, sed per id ipsum quod ibidem seminatum est: ciuitatis enim locus per se manet, personæ tamen in condemnationem cadunt, &c. Quòd autem Sodoma, Gomorra, &c. simul cum personis in abyssum submersæ fuerint, earum loca non dederunt eius rei causam, quippe nihil commiserant: verùm vbi quippiam supremum fastigium attigerit, labi necessum est cum cæteris. Quo maior est ciuitas, eo copiosius fœdiusque Sodomiæ vitium in ea reperitur, &c. & postquam ad supremum ascensus gradum peruenerit, influentiam suam ab ea retrahit ad se Deus, mox inde pluit ignis infernalis super eam. Donec ciuitas gratiam habuerit, est in tutela Dei secura, quamuis etiam bellorum, & alijs periculis obruatur sæpius, nihilominus iterum surgit: hos enim Deus admonet, ac si loqueretur, Pœnitentiam agite priusquàm ignis postmodum infernalis vos absorbeat. Dicitur vbique Deum esse, verum est, sed non operatur vbique: quisnam intrabit cum eo in iudicium? non nisi iusta

iuſta cauſa motus punit: quæ tamen ea ſit, myſterium eſt incognitum: hoc times non prius ac adfuerit. Margaritam igitur locorum vbiuis obſeruato, non ſecum aceruum: à quo tamen eam extrahas, non ſecus ac apes mel incontaminatis floribus exugũt. Non eſt quòd malignos aſpicias, curare deberes potius, vt apes melle ſuo: Deum interim laudabis, qui tibi dedit optimum à bono ſeparandi ſcientiam & artem, vti Mercurium, arſenicum, auripigmentum ab auro: ſi hoc in illis quæ ad mundiciam corporum pertinent, quanto magis ea quæ in animæ ſalutem faciunt, cognoſcere deberes, ac ſeparationem eorum facere. Multa ſunt apud Deum in rerum euentibus myſteria, non ſolùm quòd in eo magnale ſit, quum ſanatur quiſpiam, aut aliud ſimile, ſed etiam quòd ſub his Deus ipſum diabolum & regnum eius, item Phariſæos manifeſtare velit, & alia multa, quæ nobis hominibus ante ſua tempora non innoteſcent. A mundi filijs & Phariſæis ſeduci nos minimè permittamus: nam per iſtos duos à bono veroq; diabolus homines trahit: in eo diabolum cognoſcendi modus conſiſtit. Nõ ſecus euenit cum hominibus, vt audies, Deus bonis & malis influentiam donat, Iudę Iſcarioth æquè ac Petro: Petrum enim ſecum ad cœlos traxit, à Iuda retraxit influentiam, & ſuſpendit ſeipſum Iudas: non aliàs omnibus ſuis confratribus, qui ſeſe ſuſpendunt, accidet, quàm illi: Petrus

autem ſemen diuinitatis quod in ipſum erat fuſum, ſeruauit. Quamobrem perſonarum non eſt habendus reſpectus, ſiue rudes, ſimplices, aut mali ſint: nam influentię mali nihil eſt ipſis: & quamuis id homo ſatis intelligere nequit, non refert, habemus opera, tum ſcripturas, quibus fidem indubiam adhibere nos oportet, quòd illa duo neminẽ fallere poſsint. Occurrit hîc tamen & alius homines ab operibus & eorum ſignis ducendi ſatanicus, & pſeudomodus, quo dicunt opera ſe non cupere, quòd ſint deceptoria. Cum diabolus per ſuos opera nulla producere valeat, illa prohibet etiam, vt ſuis credamus diſcipulis, & illos animaduertamus: ſi rem eò perducere poſſet, vt opera quæuis pro veneficijs & incantationibus haberentur, id efficeret, vt etiam verbum Dei nobis obfuſcaret, loquentis: Qui in nomine meo venient, facient ſigna, &c. hoc vnico verbo ſchola diaboli, Phariſæorum & pſeudoprædicantium tota ruit: fidelis illi ſoli fidẽ adhibet, qui ex Deo eſt, ſignaq; ſua profert. Malam influentiam infrà libro tituli de Diabolicorum operum veneficijs tractabimus. Sunt influentiæ vanæ, videlicet naturalis & ſupernaturalis in homine: item immediatæ ſine homine. Sed aduerſarij gratias omnes Dei, naturę tribuunt, cui ſi non poſsint, eas diabolo prorſus adſcribunt. Si vera ſint ea quæ penes Albertum & alios de aſtris & natiuitatibus ſcripta reperiuntur, animaduertere

conſultum

consultum foret, quibus in locis versantur meliora, vt in illis fieret generatio: nempe Laugingæ, quo in loco natus est Albertus: qui si ab igne sapientiam suam recepit, hoc est ab astris, ardet adhuc idem ignis: quî fit igitur vt nullus talis amplius emergat ab eo loco? Causa quidem est hæc, quum Deus emisit influentiam, & ignis eam excoxit, occurrit hoc, vel aliud: nam antè quàm moriatur quis, accidunt ei multa præter influentiam. Nonnunquam in scholis veram influentiam perdunt pueritiæ magistri, plerunque superbia, auaricia, vel ipsa luxuria: his & similibus inficitur influentia vera, sic vt alios fructus producat, quàm semina fuerint influentię: quod accidit Alberto, necnon Astronomis, Medicis, &c. in quibus influentiæ maximæ sæpius existũt verùm diabolis circunseptæ: quandoquidem omnia suis impedimentis & contrariantibus sunt obnoxia. Beatus qui non sinit ea quæ sunt influentiæ suæ contraria dominari: quoniam ex simili Deus arborem plantare potest, quæ fructus vberrimos proferat. Est in omnibus vicissitudo, quam Deus in magnalibus permittit: scilicet hyeme deficere nobis tantisper, donec æstate succedente rursus illa, vel similia magnalia prodeant. Itidem vnicum Filium suum, & Apostolos ac Sanctos à nobis in cœlos sustulit, & cum illis influentiam: nihil enim hîc est perpetui. Quapropter hyeme cum vrso manum sugere co-

gimur, donec redeat æstas: quod prǫterijt, absumpsit hyems: quod autem superest, producit æstas cum labore, vel non præter contrarietates & accidentia. Christianus{ea non aliàs existimat, quàm si grando quæpiá agrum infestasset: sic etiam diabolus, quanto boni magis abundat, tanto crebrius acriusq; pseudo suum inserit, in spiritualibus æquè ac in mundanis, vti cum pseudoapostolis, pseudoprophetis, monachis & sacrificulis, non aliàs cum pseudomedicis, astronomis & philosophis ipsa res agitur. In vtroque tamen statu reperiuntur egregij viri, sed ita rari, quòd à debilibus adhuc, qui probi sunt, propter eorum paucitatem & occultationem, & mali propter hypocrisin, cognosci nequeunt: imò vix iusti propter diaboli sobolem amplissimam. Quamobrem in Deo solo Christiani permanere deberent, aures alijs occludere, suos oculos auertere, verũ etiá intellectũ ex Deo quærere, non ex hominibus. Cupit homo sapiens fieri, quod quum diabolus videt, vnum alteri hominem inniti, si modò potest, pseudo suum admiscet, dissipat, ac tabefacit. Esto igitur quiuis homo sui custos, in Deo tamen.

Ex Libro de Inuentione artium,
Prologus.

EX varijs coniectationibus putarũt multi, quòd artium inuentores inter homines, & ex eis astrorum auxilio prodirẽt,

vt

vt si quis nasceretur sub astrorum cursu felici, bonisque signis, talis etiam euaderet, quod falsum est: nam homo domus est & Dei templum, ac ad regnum Dei constitutus: cœlum autem & omnia præterierunt: propterea non est filius cœli, quamuis habeat animam, doctrinam, sapientiam, &c. ex Deo, & non ex aliqua creatura, sine diabolo sineq; cœlo habet. exemplum est Salomon, &c. Deus dicit nostram sapientiam esse stulticiam coram Deo, intelligit nõ diuinam, sed eam quam ex astris homo se habere putat: & quod habet ex astris, est brutale. Nihil aliud igitur est homo talis quàm brutum: inde fit, vt etiam brutorum sapientiam derideat, quanto nostram æquius Deus irridet. Verùm vltra hanc & veram habemus sapientiam, quæ non ex nobis, sed ex Deo est: brutum suam habet sapientiam ex astris: musicalia tamẽ instrumenta minimè tangere nouit, quod nos callemus, ab altiori didicimus igitur: nam ex brutali sapiẽtia tale quid homo discere non potest: quod etiam de cæteris mechanicis artibus & donis intelligẽdum est. Quapropter ex Deo procedunt omnia: plantat enim in nobis secũdum cœlum suum. De cœli musica fit aliquoties mentio, vel harmonia potius, quæ nullis instrumentis vtitur musicalibus, sed est ex reflexionibus concauitatis eius ad superficiem terræ composita.

Tractatus primus.

DEus omnia ſubiecit homini, quare neceſſarium fuit, vt gratiam & intellectum adderet illi, quibus eis omnibus vteretur: nam vti mundus & homo ſunt ex Deo, pariter & hominis ſapientia. Spiritus etiam omnia norunt: hoc eſt, artes omnes callent, quas homines ſcire poſſunt, verùm non deducunt eas in actum, ab eis tantùm nõ ſunt abſconſæ: hinc fit, vt aliqui velint eas nos à ſpiritibus addiſcere tribus modis. Vt harum rerum diſcrimen intelligas, qui hominibus non fauet, boniq́ue nihil fore cupit, nec facit, quî poteſt boni quidpiam eis dare? ſic spiritus erga nos affecti ſunt: & ſi multa norint igitur, quid ad hominem attinet. Secundò, quòd nos cum illis omnibus naſcamur, non eſt veri ſimile, quia nemo naſcitur, qui non vnum donum à Deo habeat, ac theſaurum ſecum non adferat, quem infodere non debet: quòd nobis tamen is in hæreditatem contingat, non eſt quòd arbitremur, ſed penes Deum eſt tantùm, quid & quantum vnicuique dare velit: quoniam erga nos obligatio nulla eſt miſeros peccatores, at ſola meraq́ue Dei miſericordia. Hoc ſolum à Deo datum eſt hominibus in hæreditatem, quòd illis omnes theſauri manifeſti fient in his quæ homo cognoſcere debet: ex prouidentia Dei tamen, iam hoc, nunc illud, quouſque reuelata ſint

omnia

omnia præ suis oculis vltimo tempore: nam Deus vnica vice non emittit singula, sed successiuè: quare tamen id faciat, est apud eum, non apud homines: quos de his etiam parcius loqui decet. Quum itaque Deus quicquid sit in aliquem influit, absque necessitate non facit: at quum ipsa necessitas hominum id exigit, hoc etiam seminat in hominem, qui nascitur (aliàs) quod nascitur: & vti corpus hominis istius crescit, ac fortificatur, sic & cum eo donum, quod suo messis tempore postmodum erumpit, sine quouis auxilio, sed per solum semen. Hac ratione peruenerunt artes ad nos mechanicæ, tum aliæ quæuis inuentiones: & primos rerum vtilium inuentores honorare nos oportet: quoniam verè sancti sunt. nam id in effectum deduxerunt, quod dedit eis Deus optimus maximus, qui per eos demonstrare voluit, omnes homines de huiuscemodi fructibus edere, potiriq́ue. Tales homines Deo optimo maximo singulariter placere debent, ipsiq́ue singularem in eo spem reponere: nam quo maius donum, eo spes etiam firmior esse videtur: vt quum Ioseph Mariam virginem & non alteri fisus fuerit, & cætera. sic de cæteris omnibus. Hoc tempore successerunt omnia sensim vnum post aliud, quo ad ex eis concordantia quædam facta sit, vti quod ad ferrum attinet, ferro sit coniunctum, vt ferri fabrorum genus

omne, ſtanno lagenarum & campanarum fuſores,&c.ſic de reliquis. Sunt præterea huiuſmodi artes inter ſe concatenatæ ſic,vt vna carere minimè poſsit altera, prout lignarius faber ferrario non,& econtrà: quum vna deficit artium,altera claudicat:quę quidem ſimul jta conueniunt, perfectũ efficiunt artificium. In pleriſque rudioribus ſubiectis præclarum eſt, vt ex eis hoc vel illud ſubtilius elaboratum cernere liceat,vel ex rudi metallo,lignóue temporis ſucceſſu mechanicæ non ſolùm artes prodijſſe, verùm etiam ad ſupremum ſubtilitatis perfectionisque ſuæ gradum perueniſſe. Figulum in exemplum adducamus,is poſt vaſorum fictionis & coctionis inuentionem,vitriationem,colorationem, liquefactionem & picturã addidit arti,&c. Pariter in ſole &luna ſeparatio fuſorio vaſe facta,malleatio, extenſio, ſuper alia obductio, ſeparatio per ſe,vel ab alijs metallis,cæmentatio,purgatio,foſsio,& per chryſocollá fuſio,&c.quodq; poſt aliud inuentum eſt.In cannabe lignoque nere, texere, proſcindere, tum ex abiecto lino conficere papyrum,imprimere,&c. Item laminas cudere metallicas, fundere metalla mixta,muſica, &c. componere,lanam animalium in fila producere,necnon vt linum texere,pannum & filtra conficere, colores illis inferre,&c. Deus primò ſemen dedit pro ſubiecto, ſicuti ſinapis minimũ, producit fruticem vt arbuſculam,in qua nidos conficiunt auicu

læ. Plantauit etiam Deus in hominibus semen paruulum, quo species vniuscuiusque discernere queat, earum semina serere magnas in arbores crescentia: magnum est hoc artificium: ex his postmodum aluntur homines, in eisq; morantur, vt aues in sinapis frutice.

Tractatus secundus.

SEminum, arborum & artificiorum, quæ superius dicta sunt, à Deo talis habetur ordo, vt in illis & ex eis vnus alterum artem suam docere progreßiuè potest: pater filium, hic rursus suum filium, & postremus æquè bene callet arte atq; primus. Præter istas artes hęreditarias, sunt & alia dona, quæ maiori sapientia indigent, non habent ordinem, & in singularibus arboribus plantátur, accidentibus plena sunt, & admirandis operibus, quæ fixum ordinem vastant: sicuti pater medicus non potest filium suum ad artis suę perfectionem adducere: nomine quidem poterit, similibus autem operibus non, ob accidentia multa, quippe quòd eædem vtriq; non occurrunt infirmitates, vel instruméta: licet etiam vnus existat morbus: in eo tamen præter nomen ipsum reperit nihil, causa & essentia eius, quæ patri præ manibus occurrerunt, longè filio diuersæ iam offerũtur. Non solùm in donis, sed in alijs plurimis idipsum euenire solet: fructus quos ferunt arbores istæ, hyeme decidunt, arboresq; pereunt: postmodum æstate

ſua Deus & alias plantat, quibus itidem accidit. Nec eſt quod angatur quiſpiam in iſtis, ſi vnus vt alius non ſit: nam non ſolùm vnum Deus medicum fieri permittit, ſed plures: ſic de Iuriſtis, Philoſophis, &c. hunc mori ſinit, alio tempore poſt alium oriri. Nullum Euangelium penes Deum, quo melius & apud ipſum non exiſtat: nam aliud nō eſt quàm ſcriptura, quæ nullo modo poteſt opprimi, nouum & vetus Teſtamentum. Medicus filium ſibi ſimilem efficere nequit, ſed meliorem, aut peiorem, & hoc multo, propter occurrentia pro tempore cum natura hominis: ita cum Iuriſtis. nam hominum vita mutatur, ſic & iurium ſtatuta. Penes Adamum in vſu fuit filias cum ſuis fratribus matrimonio iungere: nunc verò ſub ignis multa vetitum exiſtit: item plures vxores ducere iam non amplius licet: quòd ad id redire tempora non poſsint, nemini certum eſt: ſed expectamus omnia quæcunq; ſunt expectanda ſecundum ipſos magiſtratus, obſeruato prius omni q^d^ præcepit & prohibuit nobis Deus, vt matrimonij fœdus ſeruetur illæſum: nō vna vel plures vxores nō propinquæ ſanguine, vel remotæ neceſsitati legē ponunt, nec etiā numerus, aut vnica, & nō alia via, quę ſi nō obſeruētur, propterea non effringitur mandatū, ſi Deo tamen & magiſtratui præſtetur obedientia. Sicuti quū Cæſari tributū, quod tempus & ipſa neceſsitas exigunt, contribuitur, obſeruatum

eſt

est in eo mandatũ Dei, siue parũ aut multum sit, quod tributum est: nam ista penes hũc Cæsarem tempora, cũ præteritis aliorum Cæsarum temporibus necessitatũ æqualitatẽ non obseruant: nec etiam tributorum, vt plus minusque dando, Dei mandatum effringatur: præcepta siquidem nõ ita sunt rigorosa, quin multa pati queant, quæ recta fili protensio non admittit. Vt Iuristarum lupum nunc relinquam, dico verò Iuristas veros, quouis tempore suam à Deo sapientiam sumere, nihilq; de seipsis commenti somniare, vt voluntas Dei non infringatur. Homo ex seipso iudicare nõ potest, nec etiam mechanicus, vtrùm ex ordine rem suam bene calleat, quapropter ad eum, ac id ipsum quod huiusmodi rerum & artium inuentor primus professus fuit, se remittere debet. Quis itidem alius mandata Dei potest explicare, quá ille qui ex Deo didicerit? quapropter quoties personarum & regiminis peculiare tempus incidit, pariter & peculiare semen & regiminis originẽ ex Deo his omnibus adesse necessariũ est. Non aliàs cum ipsis Medicis, quoties noua quædam infirmitas oritur, toties innouari debet eorũ theorica & practica, nõ semper vni tutũ est adhærere, qđ licet etiam excellentissimũ fuerit, illis tantùm & præterlapsis temporibus. Itidem in regimine matrimonij, quum noua gens oritur, non est aliàs quàm de nouis morbis dictum fuit: mulieres eo tempore quærere coguntur

aliquod remedium, quo centum viri tantùm, milleque mulieres existunt, si quæuis earum virum cupiat, centum ex eis duntaxat prouisum erit, noningẽtis vacuis & solutis manentibus. Decens vtique nec honestum foret vni cum virum vxores habere decem, aut vnam, & nouem cõcubinas. Deus obseruari matrimonium iussit nullo numero magno vel pauco, tamen præscripto, solùm immaculatum: plures etiam viris mulieres creauit semper, & mortẽ in eos dominari magis permisit, vt illæ superabundent inæquali copia. Quî foret igitur ad scortationem euitandam possibile res antedictas in ordinẽ disponere matrimonij? Si regentes aliàs ex Deo docti sunt, etiam in eo mandatum eius obseruare norunt, matrimoniaq; sic instituunt, vt nulla scortatio fiat, siue sit inter duos aut plures, non tamen partialiter: vt quòd ego abs te cuperem, idipsum tibi faciam æquo quidem animo. Quapropter nihil est in separatis præceptis & statutis omnibus perpetui. Sola Dei præcepta manent in æternum: quare nullam aliam legem vt perpetuam ponere decet, verùm ex temporibus, secundum quæ quum duci te sinis, eaq; sequeris, vti suprà dictũ est, ex Deo doctus existis: antiqui ritus & consuetudines hîc nihil efficiunt, quòd nemo supra tempora sit, at illa super omnes. Cæsar post Deum est proximus, qui mandata statuere possit, q̃d iste perpetuò statuere valet? certè nihil: in infinito solùm
Dei

Dei mandato ſi manſerit,& eius obſeruabuntur præcepta, quoniam ex illo profluunt iſta, ex ſeipſo nihil pro ſuis ſucceſſoribus ſtatuere poteſt: nã Deus tempora ſolus regit, ac in eis quodcunq; vult diſponit. Diſcat igitur omnis regens à Deo tantũ: poſtremo quippe nõ minus quàm primo gratiæ tribuit: & quum ex Deo fuerit, poteſtatẽ id habet exequendi, non magis, neq; minus, quáuis ab anteceſſoribus ſuis etiam ſapientius ordinatum foret. Multi Ciceronis eloquentiam optant, quamuis contra Chriſtiani ſit naturam Paganorum ſermones & Gentilium expetere: quid enim eorum hoc tempore prodeſt eloquentia? quî poteſt quis bene loqui, ſi mandata Dei prorſus ignoret? nunquid primi lingua qui loquutus eſt omnium altiſsimè, in quo & ex quo ꝓcedit omnis bene loquendi ſapientia, horũ ſuperauit eloquẽtiam, quá eis tribuerat? Chriſtus & Apoſtoli præcepta huius eloquentiæ & Quintiliani, &c. deſtruxerũt: quia perpetui nihil eſt, præter verbũ Dei: tempus nunc longè diuerſum, quo magis & acutius indies à Deo docemur, & quanto propinquius extremũ Dei iudicium, tãto doctius & acutius ad nos ſapientia ratioq; diuinitùs accedit, vt nouiſsimi qui buſuis in donis optimi primiq; fiant. Quanquá ego Dauidem, Salomonem, &c. ſub hunc ordinẽ minimè concludo, ſed eos tantũ, qui extra ſcripturas exiſtunt, illi præcepta ſtatuere non poſſunt, ſicut Salomon, &c. Etſi nunc

meliora non habeamus, vt in iure, &c. huius ipſi nos cauſa ſumus, & nobiſipſis impedimẽto, quaproter id etiã permittit Deus. Verum enimuero Chriſtus locutus eſt, Vos eſtis lux mũdi, quare ex Deo promanare debet omnis ſapientia & ars, vt Rhetorica, Logica, Aſtronomia, Philoſophia, &c. Quid nũc Plato, Ariſtoteles & Pandectæ proſunt? &c. quorum lux naturæ, quæ hucuſq; fluxit, imperfectionẽ patefecit. Iam in noua generatione cũ tempore, magis indies quæ falſa, manifeſta ſunt futura, quæq; vera, perfectiora: nam tempus & melior Dei plantatio homines attrahunt.

Tractatus tertius.

EXtra diuinũ ordinẽ eſt & alius donorũ ordo per tranſuerſum, hoc modo: 1. Sæpius ante conſtellationẽ conſtitutã, aliquid erumpit, hoc retrorſum potius graditur, quã procedat, magis nocet, quã ſit vtile (quoad præſentẽ neceſsitatẽ) hoc eſt, homo ſerpentem exuit, nõ vt oportuit, ſed ante ſuum tempus, id eſt, nõ adeſt vt conſtellatus: nihilominus Deus etiã id reſpicit: nam qualecunq; donum fuerit, ſiue in prouidentia, regimine, doctrina, vel in alia quauis arte, nõ emergit præter neceſsitatẽ illius temporis, ſed quia mundus eo deficit. Et quamuis id ante tempus & nõ perfectè formatum prorumpat, nõ propterea Deus permittit omnino retrocedere, ſed in aliam vtilitatẽ aptat, hominemq; ſapiẽtem influit,

influit, ac prꝑter communem artium ordinem erigit in illo dona cũ excellenti ſapientia, &c. magis quàm ex natiuitate curſuq; ſuæ naturæ habuiſſet. Solùm hoc eſt apud Deum, qui propter neceſsitatẽ ordinẽ donorũ præterit cum affluentia: ſic Salomonis ſapientia fuit ſupra naturalem ordinem ſui ſeminis & influentiæ: ſic etiam quòd vxor Pilati pro Chriſto maritũ interpellarit, præter ordinẽ diabolo fuit permiſſum. Secundò, futura quæpiam neceſsitas, vbi plurimùm opus fuerit, oſtium Deo præbet, &c. per quod vna cum ſingulari prouidentia hominẽ, aut plures, hoc eſt, integrum magiſtratum ſubintret: qui tamen ad eam nati non fuerunt. Exempli gratia, mundus ciuitas Deique domus eſt, in qua militum conflictus, aut equitũ futurus, neceſſarium vt pars caſura primò quàm altera venerit, præparetur inimico ſtrenuè reſiſtere. Mundus eſt multis & vanis erroribus intricatus, ac plenus, quos Deus repurgare cupit, non ſine bello propugnaculisq;: Turcá in propugnaculum aſſumit, qui non aliàs exiſtit nobis quàm præſagium, quo cognoſcamus aliquid per ipſum in exequutionem eſſe ponendum, quod in Dei gloriam & eius prouidentiæ faciat. Quapropter ad huiuſmodi tranſuerſum ordinem, artes multæ doctrinæque, &c. prodeunt in lucem, non quòd per ſeipſas ibidem ſint, vt Turcæ tanquá Turcæ, ſed vt propugnaculum & militia, quam Deus elegit pro ſe in vltio-

nem peccati. Sic & puluis bombardicus, non solùm est vt ars considerandus, sed etiam vt præsagiũ quod nobiscũ ita loqueretur, Veniet cõflictus post me necessarius: quapropter addiscite me iam. In similibus accidentium itaq; necessitatibus Deus aliquid permittit, quod in prima datum non erat influentia, quo progressum habeat. 3 Per singulares etiam orationes aut vnicas fit aliquãdo transuersus ordo, sic vt vnus ex maiori zelo suis orationibus, & in sua necessitate possit à Deo consequi magis, quàm in semine datũ sit. & est hic eius ordo per verbum, Petite, &c. Vltra hos tres, quos enumerauimus ordines, est & alius qui non prouenit ab alto, sicut illi naturales & supernaturales tres, sed ex magna hominũ diligentia, nõ per constellationem, aut vllum dictorum ordinum: vt quum aliquis non vocatus nobilis, aut doctor fit, &c. scriba, &c. per istos & ab istis errorũ calamitates oriuntur & miseriæ, quibus libellum hunc volo conclusum: non quòd omnia ponam hoc loco, sed ea tantùm per quæ reliquum intelligi, tum ab alijs antea dictis ordinibus separari possit. Istæ viæ plurimi fiunt in hoc mundo, quibus homo superat omnem aliorum brutorum astutiam, ex seipso: hoc est, ea ratione, qua brutum est omniũ excellentissimũ: ergo astutissimũ. Si considerentur in suis actionibus & astutia quæuis alia bruta, felis in murem, canis in syluana, tum victum quærendi sagacitas eorum

admiran-

admiranda profectò magis, quàm homini credibilia reperientur, quæ ex natura prodeunt, imò potius quę ſunt ipſamet natura. Iam perpendamus hominem. Is bruta quæuis bruto ſuo ſuperat, quamuis omnium aſtutiæ non ſint in eo ſitę, nihilominus eas in ſeipſo videt, propriaq; diligentia imitatur, ornando ſeſe, tanquam pauo: ſuperbo quodam inceſſu tãquam equus: garrulitate quidem, ac ſi pſittacus foret: imò ſuperbia longè pauonem ſuperat, loquacitate pſittacum, rapacitate lupum, &c. hoc eſt, aſtutia maiore. Itidem non ſecus ac pſittacus omniũ aliarum auium cantus & melodias irridet, ac ſputum in eas eiaculatur: tales homines aliorum eloquentiam, & ſcripta, pompam, & ſermonem, vt ſimię ſolent, imitantur, & cum quibuſuis auibus eodem ſono canunt: hæc omnia ſunt ex hominum electionibus, & non ex Deo, ſed partim ex aſſumpta brutorum, partim ex propria brutaliq; natura proueniunt: vt quum legunt homines, non aliàs quàm pſittacus ipſos ſe vocant, etiam non vocati. Quid prodeſt homini ſimilis ſapientia? legentem audiendo, fit magiſter, baccalaurius, doctor & ſapiẽs, nõ ab alto, ſed velut pica loqui diſcit, & canis per circulum ſaltare, quibus alios ſuperat, item venatorius canem paſtoralem, eo quòd hic in villa moratur, ille quidem in ciuitate, vel principis in aula, ruſticus ille, hic autem eſt domeſticus, &c. Similiter & auis ex luto paleaque

nidum ſibi fabricare nouit, prout homo lapidibus aut ligno domum: verus homo nullas caueas extruit in quibus habitet, ſed ipſe brutalis id facit, qui non eſt ab alto: quid prodeſt homini ſupernaturali quod ab alto non procedit, vt eſt corporalis natura? Viuimus igitur inſimul brutaliter: nam brutum aliquod egregiorem ſibi domum aut nidum alio conſtruit, vt coruus rudem, aranea limaxq; magis induſtrioſas domos habent, &c. Quid eſt, quo laudetur quis eo quòd maiorem ſpecioſiorenq; domum extruxerit altero: etſi tēplum Salomonis extruas, nihilominus ea de cauſa brutum es, & brutale tuum ædificium nullius momenti, quapropter & illud Salomonis templum deſtructum eſt, quamuis ex maxima foret induſtria, ſapientiaq; brutali fabrefactum: quapropter vita brutum imitari non deberemus, at ex noſtro labore nobis à Deo præfixo vitam ſuſtentare hoc eſt perpetuum. Sunt igitur doctorum & diſcipulorum duo genera, non aliàs abinuicem, quàm columba & vulpes diſcreta, in omnibus actionibus & ſtatu diſcrepantia: quod ex Deo doctum plantatumque non eſt, nullius eſt momenti, lolium tamen etiam eſſe vult, vti naturalem ordinē atq; brutalem, penes diuinum, in tempus vſq; meſsis & ſeparationis. Chriſtus non elegit brutali ſapiētia doctos in Apoſtolos, ſed piſcatores, qui prę cæteris ea magis erant innoxij: Paulus tamen brutalis do-

ctor

ctor erat, quid ad Christum, qui Saulum & sapientiam eius deiecit in terram: hoc stratu gentilicium suum doctoratum amisit, & in tertium cœlum ascendere debuit, vt ab alto doctus fieret, hoc est ex Spiritu sancto. Christus item ante baptismum non fuit à multis cognitus, nec se manifestum facere voluit, donec Spiritum sanctum recepisset, non vt nos, sed in testimonium, vt non tanquam homo loqui videretur hominibus: quare sicuti homo testimonium ab alto, &c. non ex synagogis habere voluit, priusquàm loqueretur.

Tractatus quartus.

Est & alia quædam sapientia, prouidentia, vel ars, quæ prouenit ex spiritibus, & in brutale corpus dominium habet, ac vt regeneratos suos ducit Spiritus sanctus, ille calumniator nequam Diabolus, per suas legiones, & exercitum suum hominum brutum quod regit, etiam seducit incautumq; suffocat, sicut Herodem.

Quum per calumnias & astutiã quis in diuitem vulpẽ euadit, laudatur ab alijs: Hic est (inquiunt) vir egregius, optimè viuit, factus est diues, peculiare Dei donũ habet, &c. imò contra donum est à Diabolo, postquam eius brutum lupus factum est, iam prorsus irruit

in eum Diabolus, iuuatque nauiter vt nequitias adimplere ſuas poſsit: item iſti vocantur à mundo ſapientes, docti, &c. tales homines his operam dant, vt ſe nutriant alantque, &c. Ex ſeipſis id facere non poſſunt, quare ſpiritu quidem indigent, qui ab inferis in brutale corpus regnet. inde fit vt huius farinæ homines ex eorum brutali natura potius regimine, lupi vulpeſq; vocentur, nimirũ ex Diaboli rapacitate cum aſtutia, quæ ad corporalem naturam, & brutalem complexionem horũ refertur. Quũ Chriſtus ex homine Diabolos pepulit, & in porcos permiſsione diuina ſubintrarunt, per hoc intelligitur, Diabolum, hominem vt brutum poſsidere tantùm, quòd ex vno in aliud tranſire cupiat, hoc eſt ab vno porco in alios, qualis erat obſeſſus, forma differens tantùm: nam ſi porcus in corpore ſimilis eſſe poteſt homini, poteſt etiam è conuerſo homo corpore ſimilis eſſe porco: hinc fit vt obſeſsi coniurationibus non liberentur, ſed orationibus & ieiunio: nihil brutum aut porcum fore prodeſt, ſed rationalẽ & ſapientem ab alto, non brutaliter rationalem: tunc poterit à dęmonio liberari quis, & renaſci: qui ſeminis igitur ab alto parum aut nihil habet, oret, pulſet, atque ieiunet. Dicere quis poterit, cum à Chriſto regeneratio ſumat originem, ſub quo Platonica & Ariſtotelica ſapientia collocatur ordine? Ab alto ſeminis ordinem duplicem eſſe reſpondebitur,

& ab alto nasci: quem iterum dupliciter, hoc est renasci. Varia dona venerunt ab alto Gentilium temporibus, & antequàm nasceretur Christus, vti postea, sapientiæq; semen vnum est ab alto: sed iterum ab alto nasci pertinet ad fideles tantùm, qui rursus ab alto semen suum recipere debent, illudque sub suas cruces post Christum, vt noui Christo fideles ferre. Quapropter Plato & Aristoteles quo ad semen ab alto nati sunt, non propterea fideles. In infidelibus hoc semen absque brutalis seminis macula non est, & eius incidentia: sed fideles suum semen purum & immaculatum, per lapidem angularem Christum repurgatum possident: super quam petram, omnem suam Philosophiam, Medicinam, Astronomiam & Sapientiam fundarunt: estq; id illis tanquam resurrectio, clarificatioq; spiritus in veritate super terram, & imago vel præambulum corporalis resurrectionis. Platonis itaq; semen & aliorum per constellationem, & brutalem sapientiam ita fuit obfuscatum, vt nihil aliud ex fundamēto præter acuti seminis demonstratio sit, ad messem non idonei: nam si fundamentum sapientiæ habere debuissent, Spiritus sanctus illis etiam adfuisset æquè ac nunc suis, quod non accidit: verùm vti semen diuinum in illos cecidit, ita etiam excreuit. Iam verò post apparitionem Spiritus sancti, puros sibi tritici pręparauit agros è lapidibus & spinis repurgatos, nisi tamen hoc impediat,

nempe, quòd illud recipere nolimus, vti per parabolam in Euangelio dicitur, super lapides & inter spinas reliquum semen cecidisse: at illud nolle penes antiquos non, sed ita esse oportet, eorum fuit. Itidem & nunc quicquid operamur & loquimur, ex verbo Dei procedere foret æquum, & in eo fundatum esse: velut orator Philosophiam suam ex Sacra scriptura sumere, proferre, hortari, admonere deberet: loqui siquidem quod rectum est, non biuium rabulam oportet: item & Chronici vel Historici, pariter Iuristarum negotium in scriptura Sacra fundari debet, ac eorum Pandectæ: Medicus etiam, quod ignorat, orare Deum vt inspirare velit: verùm ab vno quid, ab alio processum addiscere vanum est, & merè dubiosum carnificinum opus. Sic Philosophos & Astronomos ex vero Sacrarum scripturarum fonte nomen hoc accipere decet, nō ab Hippocratica philosophia, Ptolomęea, &c. sed à perfectione: quoniam si hos magis quàm Christum sequuti fuerimus, spinis inuoluimur: hoc est, nemo potest opera nostra potiri, sed qui nos attigerit, aculeis pūgetur: id est, homines cùm in corpore, tum in anima seducimus. Quapropter ab imperfecto separamur, vt fidele semen quod accepimus ab alto, sub stragulum non abscondamus: nam hac de causa lumen suum plantauit in nobis, vt vnusquisque videat ex eo, solemque suum atq; lunam ideo transire permittit. Non præcipitemus

pitemus itaq; nosipsos in spinas, imò potius Deum sequamur, & sic lucebit lux nostra coram hominibus, vt videat mundus vniuersus eam qui præteribit. Amen.

Ex librò de Sensu, & instrumentis.

QVòd in se quintum esse quoddam homo contineat, excellentior est bruto: illud quidem est homo, & in eo corpus habet, per quod etiam operatur: hoc esse quintum sensibile est à corpore factum, non aliàs quàm ventus ipse quem nemo videt neque tangit, quocirca nemo huic nocere potest. Sic de quinto esse, verum Deus istud sensibile esse voluit, corpus illi tribuit ea ratione quidem, vt esse quintum & corpus vnum sint, & non duo: corpus in quinto sentitur esse, quod etiam per corpus fit sensibile: nàm omne hoc vnum est, & vnum corpus, & color vnus, non secus ac si ventus corpus acquirat, per quod sensibilis fiat. Quamobrem corpus à quinto esse non potest separari, sed in eo perpetuò consistit: inde fiunt sanguis, caro, & sol, vnum, & inseparabile, sicuti color à suo corpore.

Est igitur sẽsus homo, & homo sensus. Deus non solùm cœlestes vult creaturas vt angelos, sed etiam terrestres vt homines: & fortè si Deus alias adhuc creara vellet. Angeli primi

ſunt, nos autē nouiſsimi ad vitam perpetuam deſtinati, verùm ante, nec poſt nos creatura nulla, per Chriſtum & ſuum limbum, tãquam noua creatura, Dei regnum poſsidebit. Nihil ſanguis & caro ſunt, nec homo per ſeipſum, ſed in quinto eſſe: corpus habet inſtrumenta corporalia, per quod eſſe quintum videt, ac eſt, & ſe palàm facit, illa ſunt eſſe quintum, propter quod non pręterit corpus vt ventus: nam quicquid operatur, exit ab eo, nec amplius in ipſum redit, ibidem remanet: verum enimuero quum ventus tranſit, quod efficit ei non nocet, at quod homo facit, hoc ſibi nocere poteſt: quoniam ſanguine carneq; vinctus eſt: & illa, nempe ſanguis & caro, ſunt anima perpetua. Sequitur inde huic eſſe quinto, peccatum eſſe quod operatur: ventus autem alteri nocet, non ſibijpſi (quia non eſt animalis) quod efficeret tamen ſi corporalis foret. Sol habet quintum eſſe, verùm ſol abſq; anima & carne, &c. eſt igitur eius operatio ſine detrimento. ſic de cæteris aſtris: nam in ipſis nihil eſt perpetui, nec ad hoc ordinati: complent ideo ſuum opus abſq; peccato, vti dictum eſt. Homo continet in ſe quintum eſſe, & omnium elementa, firmamenta, &c. Eſt etiam animalis, ideo ſibi decem pręcepta data ſunt: & quamuis diceret, Talis eſt in me natura, per hoc non excuſatur: nam in ipſam naturam dominium habet, quòd perpetuus exiſtat, non illa: quo fit etiam vt homo ſolus peccet,

cet, non aliæ creaturæ, quæ animali quinto carent esse. Hac ratione homo secundum perpetuitatem etiam viuere debet, ad quam creatus est, & erga Deum creatorē suum cor mundum & immaculatum habere. Quid est res quæuis præter suum officium, ad quod creata fuit? sicuti cerebrum absque sapientia, cor absq; munditia, vel oculi sine lumine, &c? Si quidpiam esse non deberet in homine, creatum etiam in eo minimè fuisset, nec illud possideret. Anima hominis est ratio, quæ supra quintum esse dominatur, & id quod esse quintum regit, ipsum etiam conducit. vt si aures audire debeant, anima iudex est auditus. Esse quinti corpus, aut compositum quoduis licet magnum, &c. mortuum est in obscura vita, quare non audiunt, nec vident, &c. nullam rationem habent illa composita: sed quicquid est in homine viuum, est & vitæ sensitiuæ. Aliæ res quidem licet suas operationes exequantur, absque suijpsius sensu tamen id efficiunt: aspera, dulcia, vel acuta sint, ipsamet in seipsis istos sapores non sentiunt. Quapropter homo quærere deberet animæ suæ similem essentiam & salutem, atque parem ducere vitam: nam ipsa est ratio, sapientia, prouidentiaq; hominis, &c.

Aliud ex libro De sensu & instrumentis.

RAtio iudex est supra quintum esse quod in homine continetur, & non illæ quin-

que essentiæ dominari debent, sed ipsa ratio, quia sine superioritate nihil est in rerum natura: homines Cæsarem, & apes, oues, gruesque suum quodque genus ducem habet. Pariter in homine superioritas est ratio, quę sensus & membra gubernat ac regit, si quod istorum non obediat ei, magistratui naturali restitit in homine: quapropter castigatur hoc mẽbrum, aut sensus, nonnunquam tota hominis respublica, hoc est homo totus cum eis. Ratio nostra spiritus est, qui rursus ad Dominum reuertitur: quare si sensus cum superioritate côueniant, vnà cum suo magistratu saluatur eorum tota respublica: vbi non, ab eis magistratus recedit, & sensus in exteriores tenebras vnà cum toto corpore tendunt, ac in infernum. Ratio magistratus est à Deo positus, & Spiritus Domini, cui loco Dei debetur obedientia: suis in operationibus est perfecta, non imaginationibus, sed cum boni malique scientia: in omnibus hominibus vnica ratio est, non in quolibet, sicuti lex particularis, aut regionum vsus, & priuilegia, &c. vel vt in populis, apud quos multi conueniunt in vnum côsulatum, & nihil tandem consulunt, aut consilij reperiunt. Non ita cum ratione, consiliũ exigit à nemine, cùm ipsamet omnia sciat: per eam transimus in vitam æternam. Dicit enim Christus, Estote perfecti, sicut pater vester cœlestis: perfectum esse hîc intelligitur, obedire magistratui quem nobis Deus

posuit,

posuit, vt sensus omnes in vna perfectione sint, & concordia: quòd si tantùm vnus cum alijs in perfectione dissonet, diuisum est regnum hoc in seipso.

Hinc fit vt liberum arbitrium non habeant (quod optarent, sicut solent inobedientes) nam vbi superioritas, ibi nullum esse potest liberũ arbitrium: quid hoc est, mẽbri scilicet inobediẽtia, qua sibimet arbitrium liberũ efficere conatur? idipsum efficere nõ potest nisi permissione magistratus, & Dei, propterea nõ liberum: castigationem in præmium expectare debet, quòd restiterit primo magistratui nobis à Deo constituto. Pariter & oculi quòd sibimet faciunt liberum arbitrium per diem, noctu non habent amplius, aut inter dormiendum, cum cæteris membris in mortẽ soporis existunt, & postmodum vera mors non imago tantùm in illos dominium habet: vbi est igitur libertas arbitrij? quapropter oculi quid videtis in lapideis templis, & eorum imaginibus? respicite creaturas Dei, non hominum: aut si perfectius Deum videre vultis, non ex natura creata, respicite figuras & imagines verbi sui, eas in cordibus vestris ferte, sic videbitis Deum in templo vero, quod est cor hominis: Deus in templo suo duntaxat videtur, sed vt Dei templum simus, necessarium est, vt Christus in nos veniat, quod etiam facit per nostram obedientiam, & in Deo charitatem quam habe-

mus. Lapidea templa non præcepit hominis magistratus cõstruere: quòd autem Salomon templum ædificet, illi tanquam terreno commissum fuit, vt oculis etiam terrenis cernendum existeret, &c. Nos verò qui sumus ex regeneratione, spiritualia, cœlestiaq; solùm respicere debemus: quare qui suos oculos ad terrena voluit, seducit eos, quia nihil in istis præter vanitatem vident: aspici quidem possunt, sed in eum finem tantùm propter quem facta sunt, suis in deliniationibus, proportionibus, &c. mulier etiam non propter pulchritudinem, aut in cõcupiscentiam, sed propter matrimonium: item flores, non propter colorem, aut odorem, sed ratione medicinæ: violæ ob earum temperatam naturam: rosæ propter refrigerium: tamariscus propter deopilationem: & saluia ob cerebrum, cui confert. Quum autem aures & oculi vanis intẽti sunt, rem lucifero gratam exhibent: nam vani quicquid audiunt, aut vident, non aliud in eo quàm luciferum ipsum percipiunt. Homines mundani, præter id quod lucifero gratum est, committunt nihil, vti vanis vestimentis, quę quum respicimus, videmus & luciferum. Quid prodest auribus in vanitate musicam hîc audire, cum in tenebris eam eiusq; tonum auditurę sint postmodũ: & quicquid vani lingua locuta, quæ quidem in inferno tãquam ignis inextinguibilis futura sunt omnia: quid quòd cum delectatione tangant hîc digiti,

digiti, cũ ibi vermis eos perpetuò roſurus ſit? Quare eſt in terris homo, prȩterquá vt multis inuoluatur miſerijs, non delicijs, nec vt fruatur illis? Noli cum inſanis loqui, delebit omnia confeſsio, Deus miſericordia ſua remittit, &c. nam ignoras quando venturus ſit, qui mundo ſuas delicias auferet. Magna quidem eſt differétia terrenorum ad cœleſtia, veteris, ad nouam generationem: quoniam in regeneratione terrena prorſus vilipendere nos oportet, omneq; vitioſum, &c. & ſolùm ad neceſsitatem illis vti, quibus ad vitæ ſuſtentationem indigemus. Vulgare prouerbium habet, non ſunt omnia cani dáda, quæ cauda ſua demonſtrat appetere: quicunque linguam ad lambendum vt canis exerit, pauperum obliuiſcitur, &c. Noua creatura cibum habet, non terrenum, quem nemo videt, hoc potiſsimùm alitur: at quouſq; ſuper terrá fuerit, etiá terrenis corpus eius ali neceſsũ eſt, vti Chriſtus in terris exiſtens, ex cuius carne & ſanguine ſumus. Si dixerimus id nobis licere quod Dauid & Salomon fecerũt: ſi quid mali tanquam terreni mundoq; viuentes id commiſerunt, Deo poſtea viuentes ipſi placuerũt etiam: tu autem cum ſis ex corpore & ſanguine Chriſti renatus, non ita faciendum eſt tibi: nec illi poſt regenerationem vt antea vixerunt. Non florum odoribus, nec alabaſtri naſus noſter delectandus eſt, at pauperum ſudoris, infirmitatum, vlcerum, vulnerum, ȩſtiomenarũ, vre-

dinum & fiſtularum odore potius,&c.exemplo nobis canis animal ratione carens qui Lazari lingebat vlcera, fore debet: flores & alios odores infirmis vt proponamus, qui his ad confortationem indigent. Etſi filij Dei ſimus, non propterea noſtram habemus libertatem: quis enim eſt ſine timore? nemo profectò: non ſolùm filij Dei ſumus ſub doctrina patris, ſed etiam ſerui Dei, quales ſeipſos vocarunt Apoſtoli Chriſti. Sic etiam quiuis in ſua vocatione ſeruus eſt officij ſui, quapropter nemo libertatem habet, omnes enim in vijs ambulare Domini ſumus obligati.

Quum igitur aliquod membrum noſtrum ſcandalo nobis fuerit, abijcere debemus, aut à magiſtratu libenter pati quòd auferatur, etſi foret excellentiſsimum, ac vt oculus aut magis neceſſarium. Etenim ſi Deus non pepercit lucifero, multo minus membris noſtris parcamus æquum eſt: regnum ad quod anhelamus, non eſt ex hoc mundo. Si olim antiqui ſapientes ac Philoſophi ſeipſos auſi ſunt ſubmergere, ſolùm vt ſcirent an in homine foret anima vel non, nec ea de cauſa contempti ſint: quare nos oculum vnum non abijcimus à noſtro corpore, putridum aliquod membrum extra Dei templum non pellimus & excludimus, vti meretricem extra mœnia deiectam, nullius valoris, quæ Deum nec homines metuit, ac tanquam ethnica non veretur

retur ab omnibus haberi: porrò talia membra ſunt in corpore noſtro, ſimilium meretricum abiuratorum hominum, furum & latronum, inſtar. Decem præcepta nobis ideo data ſunt, vt quintum eſſe noſtrum ad voluntatem Dei, & non ad aliam gubernemus: quandoquidem vnicus Deus ea nobis dedit, in perpetuum vinculum, quo ductum, doctum, tractum & ligatum eſt, pro Dei voluntate. Sicuti ſabbato quieſcere præcepit, iam non poſſumus operari per ſingulos dies, verùm quia Deus impoſuit, & in alimento lucróue nihil adfert detrimenti, patimur: quãuis per integras ſeptimanas opus noſtrum prohibuiſſet, vel amplius, nihilominus in agro triticum nobis ad ſatietatem creſceret, imò per mandatum hoc inhibetur ſollicitudo vel auaritia propter victum: quamuis hoc vinculum oculis carneis non videamus, in verbo Dei tamen, quod vinculum iſtud eſt, videmus.

Item in oculis tuam exerces præ cæteris membris ſuperbiam, quos ante ſpeculum pallias, veſtimentis precioſis corpus tuum adornas, quibus prę alijs teipſum extollis, magiſque non ſat ipſe ſcis quid euadas, animal nempe monſtroſum, quod oculos in lupum ſibi finxit, ac in magnetem, & gagatem, vt his vehementius vores & attrahas, interim hoc vnum ſcis ea omnia nullo pacto fieri debere: quare nihil ſunt oculi tui ficticij: nam ventriculus edit pro

membris nostris omnibus, paucisque contentus est.

Quapropter non est res parui momenti quinque essentias ad ipsum Deum conducere, quia nostræ non sunt, neque ex nobis factæ: quisnam præter eas facere, vel dicere posset, quæ loquitur, & per eas operatur homo? Sumus igitur à Deo creati solùm in bonum, ad quod ipse nos ordine suo disposuit, per magistratum in nobis, quem dedit à natiuitate, nos vt duceret, doceret, consolaretur, illuminaret ac dirigeret: hæc est ratio nostra prouenients ab alto.

Si ergo nobis ipsis eam in liberum arbitrium attribuerimus, Deo furamur quod suum est: quales ita comparebimus in die iudicij fures? Nemo seueritatem iudicij Dei nouit.

Ex libro de Tempore laboris & requiei.

AB initio creati non sumus ad laborem, sed per maledictionem extra paradisum ad opus constituti: nobis hoc imposuit Deus per angelum dicens, In sudore vultus tui, &c. hoc est lucrari, laboreq; nostro continuato vitam hanc sustentare, cum perseueráti miseria. Postea Deus Moysi cũ decem præcepta traderet, patefecit vnum diem esse requiei,

requiei, hic est in septimana septimus, qui iam nobis in requiem est commissus. Requiei diem suum considerauit Deus, prouidentiaq; sua prȩuidit, quamuis die septimo cessaremus à labore, qui per annum quinquagesies & bis redit, ac à 365. diebus anni, 52. adimit, 313. adhuc relictis, ad laborem in victum nobis & animantibus alijs sufficere. Hoc die mitigauit iram suã Dominus in homines, cæteris etiam animãtibus onus subleuauit, quo melius eius misericordiam in ira sua cognosceremus: aliàs oportuisset nos intermissione sine per singulos vitæ nostræ dies, in sudore vultus operatos fuisse. Otio tantùm delectantur homines, vt illis necessarium hoc iniungere non videatur: tamen quòd in præceptum transierit, eo factum est, quia domini suis famulis, famulabus & animantibus alijs tam graue laborum onus atque iugum imposuerant, vt vix etiam cum vitæ suæ detrimento portare sustinereque valerent: nec tanto labore fuit opus, at per insatiabilem auariciam hominum institutũ. Quare præcepit eis Deus requiei diem suum obseruare, quo fructus omnis maiori copia multiplicetur in agris: quod quicunque non perpendit, sed suo labori hoc omne tribuit, in Deo spem nullam habet, qui diem hunc præ charitate posuit, vt interea terra & elementa laborent pro homine. Quicunque etiam operatur eodem die, vel spem in Deo non habet, aut auaricia ducitur ad acquiren-

das diuitias, vel inuidia quadam in proximũ: quæ omnia proueniunt ex natura, in qua boni prorſus nihil exiſtit. Eò tandem ventũ eſt, vt maxima pars hominum oblita Dei, ſpem in ſollicitudine laboreque proprio repoſuerit omnem, ac ſi Deus pro nobis nihil poſſet, aut vellet, qui ſuum Filium vnigenitum pro nobis dedit: nónne poterit ac volet dum quieſcimus ex eius præcepto laboris intermiſsi fructus ſupplere? cum ipſe mandauerit, etiam eo die ſine damno requiem ſeruabit nobis. Dicit Dominus, Non furaberis: poſſumus etiam abſque furto ſuſtentare nos, quia labores conatusque noſtros in bono Deus iuuat. Item dicit, Non concupiſces alienum, quo demonſtrat nos proprium etiam poſsidere, habereq́; debere, non alienum: quare Deus etiam hunc diem nobis abſque damno ſeruat. Veruntamen à perfractione huius mandati cognoſcitur auaritia tua: ſi hoc ſis auſus, & alia duo præcepta: nempe, Non furaberis, & alienum quod eſt, non concupiſces, audebis perfringere, &c. nam inter ſe concatenata ſunt: quicunque requiei diem ob auaritiam perfringit, ac in Dei miſericordiam perperam fidens peccatum hoc audet committere, punitur, vt etiam alia duo præcepta perfringere Deus eum permittat. Otium eſt radix vitiorum omnium: iſto die non mandatur otium, ſed à labore quies, quæ ſanctificatio dicitur, & eſt alius labor ſpiritualis, videlicet in alterius & corpo-

ralis locum ſubrogatus, quo quidem opere cum Deo tantùm agimus: nam in labore corporali tot incidunt occupationes, vt vix de Deo cogitare quis poſsit, imò ſeipſum cognoſcere, quanto minus dona Dei, necnon eius erga nos beneficentiam animo perpendere, ſicuti ſunt mechanici, ruſtici, &c. Quapropter indulget nobis Deus alijs ſex diebus, modò fideliter operemur, etſi non ita ſedulò vt oporteret, diuinis rebus intenti ſumus. Septimo die tamen eſt, quòd vſuram talem in templo Dei cum Deo duntaxat exerceamus, antiquorum Patrum fidem & pietatem erga Deum & homines, poſt Dei gratias omnes eis factas animo reuoluendo, Deique admiranda opera, doctrinam & præcepta recitando, non per horam aut alteram, nec manè tantùm, aut veſperi, ſed ab ortu ſolis ad occaſum vſque, ab oculorum apertione matutina vſque ad eorundem nocturnam concluſionem: & nō ex noſtri capitis pertinacia, cui nihil præter vitium atque peccatum ineſt, viuendo. Veruntamen diabolus ille nequam ſemen ſuum veneficum in hominem inſerit, dicens: Expecta donec aſſa tibi columba volet in os, aut equum in fouea iacentem pro te ſubleuet, &c. Non ſumus ad columbas aſſas à Deo creati, quia non in ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, &c. ſi hoc verū ſit, vt eſt, quid nobis in ea requie deperit? non vt edamus aut bibamus creauit nos Deus,

ſed ad regnum eius: quid ſi Deus cuipiam integro iuſſerit anno quieſcere, quonam pacto cibabitur? ſi Dei regnum quæſierit indubiè per verbum quod procedit ex ore Domini, cibum omnem ad ſatietatem accipiet: ſiquidem labor noſter ad ſalutem non facit, nec perducit nos ad gloriam: idipſum igitur efficere debet præceptum diebus dominicis, vt addiſcamus & faciamus, hoc eſt diem illum ſanctificare: quicquid etiam eo die diſcimus, eadem ſeptimana debemus exequi. Similiter quòd equus in foueam cadat, hoc panem & vinum exhibere non poteſt: ſi putes idipſum in tuæ vitæ ſuſtentationem damnum aliquod intuliſſe, cur ipſum non extrahis? mandatum non habemus à Deo, quo neceſsitati non ſuccurrendum eſſe præceperit, nec id etiã labor hoc loco fore dicitur: hac de cauſa nos ipſi debemus equum extrahere, non dixit Dominus pro nobis hæc & ſimilia ſe facturum: quod inciderit, noſtra factum eſt negligentia, nó Dei: quare ſi domum accendamus, vt incendium etiam extinguamus nobis videndum eſt. Eius tamé quod ex elementis nobis prouenit, curam habet qui pater noſter eſt cœleſtis O. D. qui ex eis producit omnia, nouerit etiam diei ſui requiem compenſare, multiplicatione fructuũ: qui hoc ignorat, ſabbatum etiam præcipere non poteſt, eo quòd ſuo mandato populo victus minueretur. Ex eo cognoſcimus Deum noſtrum verum eſſe Deum ſuper

omnes

omnes Deos, qui propria sua vult authoritate, quod etiam solus potest, requiẽ suam à nobis obseruari, quo videant aliæ religiones & sectæ nouæ, quòd ipse nos alit solus, atque sustentat, dormireque permittit præter quotidiani panis defectum nostri, noctuque nobis æquè sinit crescere dũ quiescimus, atque dum operamur. Etenim vides anno laboris plurimum, cùm sabbatis, tum noctibus detrahi, quid inde percipis nostro victui diminutum esse? porrò nihil, eo quòd qui somni Deus est & sabbati: quapropter non est quòd soliciti simus vt manè surgamus, aut serius dormitũ conferamus nos, ne labori quid pereat: hoc non electi Gentiles facere consueuerunt. Si fortè labore tuo vel aliàs tantum assequutus fueris, vt longo iam tempore quiescere valeas, non est quòd otio te propterea dedere, sed manuum tuarum opus in cordis operam conuertere coneris. Exempli gratia, fodendo massam auri si reperias tanti valoris, vt per totam vitam sufficiat, nec vltrà quòd labores amplius indigueris: messem tuæ sustentationis collegisti: propone tibi iam duo pũcta, prius, vt proximo tuo partem huius auri facias, concedas, &c. quantum illud aurum supplere possit: quòd si hac de causa deficiat, iterum operare sicut prius, & in tuo labore maneas, siue repereris, siue non: alterum est, quòd si tantos penes te pauperes, aut fortè nullos habeas, (quod raró fieri potest: nam loquitur Chri-

ſtus, Pauperes ſemper habebitis vobiſcum) Il ludq́ue prorſus non expoſueris aurum, proximoq́ue ſubueneris ex eo, quantum oblata fuerit opportunitas, ab opere manuum, ſi voles, abſtinere poteris: (etenim pecunia te ſuſtentare poteſt) ac aliud opus in illius locum ſubſtituere, quod pecuniam hác æquet, vt ambo ſimul compenſes. Inde requiei dies tuus ſequitur: hoc eſt, manuum tuarũ opus in cordis laborem tranſmutatur, tum licet manibus quieſcas, hæc manuum requies in corde tuo pium opus fiat, illi ſimile quod ſeptimo fieri die præceptum eſt, omnisq́; dies ſabbatum tibi ſit, inde nullus apud nos otio locus manuũ neq; cordis relinquetur: doctrina hæc à laborantibus non eſt aſpernanda: nam ſimiles operarios Deus habere vult, ac eſſe: hac de cauſa, donauit eos artibus & intellectu. Si quis inter nos ſeſe vitio dedens facultatibus ſuis etiam vitioſè fuerit abuſus, ſabbatum iſti condemnatio factum erit, quandoquidem ab eo manum ſuam Deus retrahit: potius illi fuiſſet noctes atq; dies operatum fuiſſe. Nõ eſt in hominum poteſtate vel momentum requiei, quanto minus diem aliquẽ ſtatuere, nec ad eum qui ſtatutus eſt à Deo, pilum addere vel minuere. Dixit enim Deus, Fiat, & facta ſunt quæ voluit eſſe: non poſſumus nos folliculum minus aut magis vt creſcat, efficere: nec itidem præcipere, quia ſuſtentare nihil poſſumus. Quum homines vnicá ad ſanctificationẽ horuſam inſtituunt,

tuunt, in operantium damnum vergit, quid si plus temporis statuant, detrimēti quantū adferent laborantibus, cū vnā horā compensare nō valeant? verùm etsi Deus menses & annos in requiem statueret, nihil inde nobis minus fructuum elemēta producēt: quapropter nulla hominum esse præcepta vult, neminemque rectorē qui aliàs homines regat, q̄ ipse docuit, honorē suum (vt ipsemet ait) nō dabit alteri, sed sibi seruabit in perpetuū. Quamuis homo sibi dies aliquos operarios inter, vel ex sabbatis aliquoties eligat, memoriales dies existūt, non ad requiē, sed in sanctificationē potius assumpti, quibus non aliàs q̄ sabbatis doctrina Dei, necnon eius opera mirabilia narrāda veniunt: eorum etiam & donorū eius memoria celebratur, ne in obliuionem apud homines transeant. Similia tamē pręcepta se latius non extendunt, q ad eos qui propter illa nihil, qd ad suum opus attinet, damni patiuntur. Altius itaq; perpendēdum est, hominē per suum annum, vbi tamē proximo suo partem secum fecerit, lucrari tantum posse, quod satis sit, ac eos cū sabbatorum, tum dies memoriæ seruare queat: siquidē elemēta producunt ex Deo fructum abundantissimum, vt ad necessitatē opus tantū non requiratur: hoc est, dierū sex in septimana, sed quatuor solū sufficiāt, dummodo fraternè simul viuamus. Plurimi sunt, qui mille per annum florenos lucrantur, aliqui plus, aut minus, & pauci qui præter suam

necesſitatem non ſuperlucrentur aliquid: vt ſi ſubuẽtio fraterna locum haberet inter nos, omnia nobis abundè ſatis forent: ſiquidem ea de cauſa non conceditur ſuperfluitas, quòd aſſiduò ſex diebus illis operati ſimus, aut vt accumulemus theſauros, verùm ad necesſitatẽ ſex dies operarij dati ſunt, quibus vltra quod neceſſarium fuerit, ſi diuitiæ datæ ſint ab omnipotenti Deo, poterimus etiam ſanctificationis dies memoriales vltra ſabbatum obſeruare: ſi modò rerum diuinarum ſimus memores, vt veteris nouique Teſtamentorum varijs teſtimonijs apparet: quá ob rem aſpernandi non ſunt dies iſti, nec ab eis ad operarios homines abſtrahendi: ſiquidem illis non peccamus in Deum, nec in homines: quamuis auaricia nil pręter opus manuale ſuadeat, vt illi nihil pereat ob impenſas: verùm Deus ex auari voluntate ſuam non inſtituit. Quicquid contra Deum non, cum Deo fore necesſum eſt: vt ſi nobis aliquod peculiare donum ac beneficium conceſſerit, eius memoriam quum celebramus: & licet indies ea nobis tribuat, non propterea vult nos ab opere vacare per ſingulos dies: veluti quum Deus alicui prolem donat, natalis ille dies annuus & hora commemorari poterunt in Dei laudem, non quòd integer dies huic impédere debeat, ſed hora ſatis ſit, non ęx mandato, nec etiam ex conſuetudine, ſed ex ſeipſo, momento ſaltem cogitet in hunc modum: O Domine Deus omnipotens,

mnipotens, hac die, hora, vel isto minuto iam est annus elapsus, quum hunc mihi filium dares, &c. tibi laus, honor & gloria sit in secula. Item si quis ex aliqua miseria, velut infirmitate, carceribus, &c. liberatus sit à domino Deo, quod solùm fieri posit, liberationis diem celebrare debet, cor suum ad Deum eleuando, nó in satisfactionem, sed in memoriam: quod etsi per intermisionem ab opere non fecerit, corde saltem erga Deum laborandum inter erecto faciat. Asidua gratitudo per singulos dies erga Deum est necessaria, non requies à labore: quæ duo differunt, quòd gratias agendi Deo nullum peculiare, sed omne tempus præscriptum est: sanctificationis dies autē est imago, tempus, horam, aut diem repræsentás, quibus Deus his temporibus particulare magis & admirandum opus, quàm alijs facere voluerit: hæc enim compensare potest altissimus tempora, quum in sui laudem & honoré quis impenderit: nam quod contra ipsum nó est, cum ipso est. Ea ratione potuissent hîc in terris leprosi, cæci, dæmoniaci, quos Christus & Apostoli per ipsum curarunt, suę liberationis tempora singulis annis celebrare, &c. ná etsi Deus vnicum sibi diem tantū eligere voluerit, nō est propterea contra ipsum, si plures dies ad sanctificandum, non ab ipso, verùm à nobis assumpti sint, quàm instituerit: à quouis quod ad ipsum tantùm, vel ab omnibus quod ad omnes attinet. Cordis opere siqui-

dem cœli nobis acquisiti sunt per Christum, hoc est, fide perfecta suis operibus, potissimũ hoc nobis lucrum esse debet: cum igitur nobis pro maiori parte superflui quid ex labore nostro superest, magisq; post vitã relinquim9 q̃ opus fuerit in vita, poterit quis ex propria volũtate, nõ ex prçcepto, manualis operis sui partem, in cordis opus conuertere. Pariter & natalem Christi diem bene possumus animo perpendere per vnum aut alterũ diem in vita beata, vt illum optimè ruminando, quid vtilitatis nobis attulerit nostri Seruatoris aduentus, intelligamus: quòd etsi prçlatum nostrum ea recitantem audierimus per vnam aut alteram horam, nihilominus adhuc sanctificationis dies completus non est, quia quod per vnam intrauit aurẽ, euolat altera: quapropter iterum illa ruminãda sunt bouis instar cibum ruminãtis, qui post pastum ad requiem se disponit, & oculis clausis, quicquid ederit, rursum ascendit in fauces, editque secundò: sic & ipse tu feceris, quod per horam alteram, aut tres audisti, reuersus domum in animæ tuæ requiem intrabis, & in templum tuum, cordeq; rumines ea quæ rursus in memoriã ascendũt, iterumq; mastices, &c. manus ad auariciã cogitare ne permiseris: illæ sunt quç ruminationem istam impediunt. O homo, si considerares te non ex solo pane viuere, sed ex verbo Domini, manus tuas indies nõ tam auidè ad panẽ disponeres (natura siquidem paucis est

contenta)

contenta) diutius etiam & pro maiori tempo ris parte viueres in verbo Dei, si perpenderes ex eius ore potissimum alimentũ nostri procedere, natalisq; diei Christi festũ vnica hora nedum celebrares, verùm etiam sæpius, ac sæpissimè ruminares & masticares cũ summa diligentia. Et quãuis non sit requiei dierũ vnus, est tamẽ sanctificandus ad discendum audiendumq; narrationem diei natalitij Christi Seruatoris nostri. Quot exiguo cibo vixerunt, vt Ioannes Baptista? &c. magis igitur purum cor & immaculatum ad vitam, quàm ipsæ manus faciunt. Quonam pacto potest etiam doctrina Christi, quam in terris loquutus est, in opere nostro satis addisci, perpendique? peculiarem itaq; requirit hominem, donec memoriẹ mandemus eam. Quum igitur Ecclesia diem aliquem elegerit, ad Christi doctrinã annunciandam, &c. (dummodo labori nihil imminutũ sit) quales multi fore possunt, postea q̃ vna hora vel altera fuerit audita, quod superfluũ temporis fuerit in ruminãdo collocare perquàm necessariũ foret, vt melius impressa cordibus, memoria nõ excideret. Porrò qui per horam sermonem audierit, & inde mox se ad alia negotia cõferat, est impossibile, vt quicquã eius retinuerit, præterquã vmbram frigidã & charitatis expertem. Quapropter oportet vt in centrũ cordis vsq; penetret, quò sequẽti die scias, quod præcedenti ruminaueris: quòd si de opere sollicitus fueris, operãdũ erit, si de salute

quidem omnia, quibus indigueris adijcientur tibi: huius aſsiduè memor eſto, quòd non ſolùm tuus labor, verùm etiam & potiſsimè verbum Dei te nutriat: non poſſe nos etiam duobus dominis ſeruire, Deo ſcilicet ac mammonæ, doceat. Si quiuis diſcipulus matutinam lectionem quam ſibi propoſuit, vel audierit, per totum eundem diem repetat, quo ſuæ figere memoriæ queat melius, quid in ſchola Dei fiat oportet, in qua per literam, vt in illa non, ſed per Spiritum ſanctum addiſcitur? nónne maiori diligentia ſunt iſtæ lectiones meritò repetendæ? ne fortè ſicuti Paulus illumineris, quod rarò tam inuolutis capitibus contingere ſolet. Poſtremò ſequuntur paſsio, mors & reſurrectio Chriſti: annon hæc tria maxima puncta neceſſariò ſunt nobis animo ſæpius & aſsiduò reuoluenda? ſunt profectò: quæ ſi præter quotidianum opus addiſcenda ſint, erunt etiam illis dies ſanctificationis aſſignandi: nam ſi cum labore Dei verbum æquè bene diſci poſſet, ac eo ſine ſabbatum inſtituiſſet altiſsimus Deus, at potuiſſet dixiſſe, diem vnum alteri ſimilé fore, tum quouis die ſabbatum obſeruandum, numerus verò ſeptenarius expreſsè cõtinetur ſabbato: quare tria quæ diximus puncta diſcenda & audienda ſunt, æquè ac ſabbatũ, ac magis, prout etiam diſcipuli Chriſti & Apoſtoli non per horam vnam, ſed aſsiduò Dei verbum audierũt. Item loquitur Chriſtus, Annunciate Euangelium;
item

item vbi fuerit annunciatum, ad memoriam eius id factum esse dicito: iam annunciare, audire, aures habere, & operari manualiter simul esse non possunt. Postquam itaq; ruminatum optimè sit, reuertẽdum est ad opus: tum primùm vtilitas eius percipitur, quod auditũ est, verbi Dei scilicet vitam eius augentis, qui audiuit illud. Verumenimuero qui cor ad auariciam habet, vt suas proles ditet cogitans, is Dei verbum audire, non multo minus ruminare potest, quia diabolus impedit. Sed ex opere in otiũ, ludum, compotationes, &c. tales auaros conferre se, non impedit, imò potius ignem hunc in eis accẽdit, vt quicquid per integram septimanã lucrati sunt, absumat etiã otium per aliam quandã auariciam, ac sequenti septimana magis auarũ, & indies magis reddat operantẽ similem. Sanctificationis dies verè dicitur, quẽ operarius, in auditione recitationis historiæ doctrinæq; filij Dei, earũ quoque ruminatione totum impendit: hic est felix dies: etenim quid aliud habemus in vita beata, quàm Iesum Christum Dominum nostrum? quẽ si ignorauerimus, quid est qđ expectemus? siquidem eius pasio morsq; non proficient: non est mortuus Christus pro his qui manuum suarum opus ad thesauros caducos accumulandum collocãt, sed pro illis qui verbum audiunt, & custodiũt illud: quod qui non audierit, nec etiam custodire potest, quid est igitur quòd à Christo petat auxilium, aut

expectet? interim dum seruit mammonæ, cu ram habet eorum quæ ad mammonam pertinent, quid in Christo hîc habet? certè nihil donec resipiscat. Christum non videbimus amplius in carne, donec iudicare veniat: interea tamen habemus eius verbum, & vbi verbum est eius, ibidem & ipse. Cum igitur in verbo Dei salus existat, audiendum est, breui tempore quidē potest audiri, sed in cordis centrū difficilimè penetrat: quapropter auditus fundamentum cor esse debet, ac assidua ruminatio, verbi retentionis confirmatio. Huc seminantis exemplum in Euangelio pertinet: semen in bonū agrū cecidisse dicitur, quū quis verbum Dei ruminat in corde suo, claudit, intelligit & confitetur: quibus illa hora per quā audiunt, satis est, abeunt, &c. decidit ab illis semen, quia non intrauit in agrum: hoc est, in cor eorum. Quamobrē quiuis opus suum sic disponere deberet, vt & horā aliquā ad ruminandum, ei quę ad audiendum collocata fuit, superadderet: si tamen illuminatus sit, vt vnà cū opere suo valeat, bonum est operari simul & ruminare Dei verbum: si verò non, in angulum secedat, oculisque clausis, bouis herbam suam ruminantis instar agat cū Deo. crastina quippe dies suam sollicitudinem adferet, &c. Quòd si labor assiduus salutē in se cōtineret, multum equidē Apostolis temporis & salutis deperijt: sed verbū Dei, quo viuimus, propriū diem ad suū opus habet: item panis etiam sibi proprium

propriũ habet, temporisq; reliquum. Noſter itaq; labor aſsiduus & abſq; otio debet eſſe, ne vitio tẽporis vel atomi tantillũ relinquatur: ſic etiã Apoſtoli nobis in exemplum diẽ verbi Dei ſunt operati. Veruntamẽ quòd Paulus dicat, Beatus qui de labore manuũ ſuarum edit, aut viuit, intelligendũ eſt, ac ſi dixiſſet, Beatus eſt ille qui neminẽ decipit, non furatur, alienũ quod eſt non appetit, &c. Item, Vxor tua tanquam vitis: hoc eſt, fructum tibi producet: filios nempe ſicut ramos oliuarũ florentes, &c. quaſi dixiſſet, Cum vxore tua moraberis, ac viues, nõ cum meretricibus: lucrum operis tui dabis vxori tuæ, nõ meretrici. Pauli dictũ hoc opus manuale tantũ cõcernit, quid ad eos attinet qui operantur in verbo Dei? illi ſiquidem edunt operi ſuo cibum ſimilem: hoc eſt, verbũ Dei. Horum etiam vxores nõ parturiunt, eorumq; filij nõ ſtant circũ menſas, verùm à ſuis domibus propter Chriſtum exulant, omniaq; relinquunt & menſas: hic labor in verbo Chriſti fundatus eſt, ille verò ſuper Dauidis verbum dirigitur. Eſt igitur homini duplex alimentum neceſſariũ, ſuumq; tempus in modũ hunc diuidat oportet, vt vnà cũ opere manuali diẽ operariũ ad opus verbi Dei habere queat: & hũc iterũ ita partiatur, vt vnà cũ eodem verbo diẽ operarium ad vitã caducã, & ex vtraque parte nihil ſibi depereat, ſicuti verbo Dei pcipitur, Nõ ex ſolo pane, &c. quapter vnuſquiſq; ſe diſponat, vt penes ipſũ Dei voluntas

existat in terris, & post hanc vitam sanctorum ei consortio potiri det Altissimus vt illis, qui hac via, Christo nempe duce, tantùm eò peruenerunt.

Ex libro de Bona & mala fortuna.

BOna malaque fortuna cum vento & aere commune fundamentum habent, siquidem inuisibilia sunt & insensibilia: quod tamen videri sentirique quoquo modo potest, licet absque oculis externis fiat: eius etiam ratio haberi potest, & origo declarari. Deus nec in bona, minus in mala fortuna cõmemorandus est, quòd nihil hæ sint omnino, præterquam hominum applicatio sui ipsius ad aliquid, quod secũdum bonam vel malam electionẽ, bonũ etiam aut malum sortitur effectum. Qui per bonã viam facilius, qui per peiorem ambulat, vti per spinas transiens, non nisi laceratus exit, & in planitie qui graditur, indefessus à montibus iter suum perficit: qui gradatim incedit cum prouidentia, nõ cadit: quòd si tamẽ ceciderit, nõ potest id adscribere malæ fortunæ, sed imprudentiæ suæ potius. Quapropter hoc omne situm est in hominum aptitudine, vel ineptia: qui diues fieri non potest, nihilominus talis euadere conatur, indicium est eum rectã nõ ingressum fuisse viam: at qui diues ex aduerso factus est, non ex fortuna, sed à promptitudine sua potius habet:

nam

nam qui bene operatur, bonam recipit mercedem. Arbor putrida conqueri minimè de mala ſua fortuna poteſt, nec æger ob ſuam infirmitatem, quia putredo & ęgritudo ſunt arboris, & hominis defectuum huiuſmodi cauſæ: quare ſi quiſpiam infirmus cadat in via, eius ipſemet cauſa fuit, quòd priuſquàm fortior factus incedere tutò valeret, egreſſus eſt. Quare, quod in aliquo non eſt, quînam fortuna mala dici poteſt, quum ex imprudentia aut irrationalitate ſolùm accidat? qui talia profert, aut fortunę bonæ ſiue malæ ſtultè nimium adſcribit, in Deum ratione duplici blaſphemus eſt: in fortuna mala tanquam à Deo procederet, ac in bona velut iſta Deus aliquis foret.

De vtraq; fortuna.

EX vna & eadem omnes materia ſumus, vitam æqualem à Deo habentes, æquales etiam exiſtentes, æqualem terræ partem poſsidemus, vt vnus dominus ac alter exiſtat: quiſque pro ſua parte non vilior altero. Quamobrem nemo conqueri poteſt, quia Dei dona quæuis æqualia nobis repartita ſunt, vti Sol, æſtas, hyems, &c. necnon omnia quæ in terris exiſtunt. Quòd autem compareamus diuerſimodè, nos ipſi cauſa ſola ſumus, ob inæqualem inter nos charitatem, reſpectum erga Deum, homines, & creaturas

omnes,&c.tũ etiã,quòd inter nos vnus alteri-tũ sibimet inuideat, inde fit vt non nisi nobis ipsis oneri simus, & impedimẽto. Quonã pacto fortuna siue bona, siue mala in rerũ natura potest existere, cum ex Deo procedãt omnia quæcunq; verè sunt, eaq; nobis in vtilitatem creauit? verùm si tu vidẽtibus oculis diei luce nõ potireris vt alij, sanè posses hoc ipsum infortunium appellare: sic de reliquis, quia tunc Deus eius rei causa foret: quòd quis tamen cæcus nascatur, non ex fortuna mala, neque bona factũ est, sed ex sua cruce, per quam transire debet: item qui seruus cuiuspiam est heri, non potest infortunio hoc adscribere quòd seruiat, & non sit ipse herus: talis est eius vocatio, vel potius ipsemet in seruitutem sese dedit, inde mercedem etiam habet: quî potest igitur infortuniũ allegare? itidem & cæcus, aut mutus non est absque mercede, quare conqueri non possunt, cum sint in famulitio Dei, perq; famulatus seruitutem recipiatur merces. Pariter non est quòd quispiam doleat si deformis existat, alij speciosiores, aut ingenio præstantiores: item pauperes iniquè de paupertate conqueruntur in suijpsius pœnam, atq; tormentum: quoniam Christo repugnant loquenti: Beati pauperes, & maledicti sunt ipsi diuites: cum igitur salus pauperum sit merces, quod maius præmium expectare possent? quòd si fortunam bonam appellare liceret, eam diuitibus longè feli-

feliciorem habent, qui ſeſe felices exiſtimant, cum ſint infelicißimi propter ſui maledictionem. Eſt itaque delirus homo dum conqueritur, eius enim cauſam nullá habet, nec ipſemet ſcit cur, nec de quo doleat. Solus Deus nobis tutor atq; defenſor exiſtit: quòd tamen inæqualiter ſimul viuamus, ex permiſsione diuina fit: poſſet enim vnico verbo nos ęquales reddere, quod non facit, nec vult fieri, verùm operatur contrà, nempe quoduis in retributionem ſeruat in alio, perpetuoq; mundo. Quapropter illi qui hîc flent, rident in cœlis, & econtrà, quandoquidem abſque mercede nihil: non eſt igitur quòd quiſpiam diuitibus malè precetur, aut inuideat, vel eis qui mundi huius fruũtur delicijs, quippe ſuá & ipſi mercedem accipient: vtrum potius eligas, malum pro bono, vel econtrà bonum quod pro malo iam habes? hoc eſt, habere ſecurus es dummodo patiẽtiam habeas, vt verum decet pauperem. Sis tu, & ipſe ad conuiuium inuitatus, optimis ipſe veſcitur, tu verò peſsimis: ac inferius, vel ante ianuam extrinſecus ſedes, at ipſe ſuperius: tu ſuper nudum ſcam̃num, & ipſe ſuper puluinar: conſidera penes teipſum, vtrùm pauperiem tuam potius, quàm eius ſcelera non elegeris, & aqueis offis contentus epiſcopatum illi non relinques, hoc in tuo corde ſuboleuiſſe potuiſti? non conqueraris itaq;, ſed laudato Deum in eo quòd in poſterum te replebit gaudio. Non dixeris

ergo infortunium à Deo datum, quod in crucem & felicitatem tibi cesſit, eoq; felicitatis nomine ſcilicet eſt decorandum, præſertim quòd in eo ſtatu maximè Deo placeas. Quod inter nos mortales non niſi inæqualitas ſemper fuerit ac eſt, Deus hunc ſua prouidentia dedit ordinem, quo bonos à malis ſeparet: porrò multas in terris manſiones fecit, huic iſtam, & illam illi, maliſq; multa dedit bona, cuique peculiare ſuum in delectationem, & neceſsitatem, & bonis pro diuina ſua voluntate tribuit, vt eis nihil deficiat: quamuis iſtorum aſperè, malorum autem negotia ſibi pro votis, & ex animo ſuccedant. Iſtarum partium neutra bonam aut malam fortunam allegare poteſt: nam ex vtraqu e parte ſunt ordinationes à Deo prouenic̃tes. Quid enim tua intereſt, quòd theſauros omnes montium Deus aperire valeat malis, vt aurum ſcopis colligant, &c. tibi verò non ſatis olerum quibus ventrem impleas, competat? patrifamiliâs ita viſum eſt, mercedem vt vult exhibet, diuitibus in hoc mundo quicquid appetere queant, tibi verò vitam æternam: illi rurſus in futurum malam expectant mercedem à diabolo, cui ſeruire coacti ſunt. Multam ipſi mercedem hîc accipiant, miſeram in poſterum daturi ſunt rationem eius, pro adminiſtratione. Si parum aut nihil tibi dederit paterfamiliâs, id ſaltem perſoluit quod debet: nam hoc tecum pactum inijt. Quòd tuam pauperta-

tem

tem admiretur diues, proliumq; tuarum copiam, tum Deum tibi tantum etiá non, quantum sibi dedisse, vę Pharisæo nequam: hac de causa diues factus est, vt partem secum tibi faciat, quod non faciens, Deum adhuc ridet, vę sibi: non est quòd animum tuum angat: nam sic Deus disposuit, talem te fore vult, & vt sis, illum induratum contra te permittit, quamuis dona sua habeat ac diuitias vt pauperes cibet, verùm quòd non facit, aliud non cogites aut iudices, quàm in cœlo tibi cibum fore Deus velit, in vtilitatemque non minus tibi quàm Lazaro cessurum: qui non conquestus est de quopiam infortunio, verùm quod potius erat agnoscens, Deo reliquit hoc negotium: pauperibus nihil deficere potest, quandoquidem omne quod illis in hac vita deficit, hoc ipsum & copiosius habent, quàm excogitari queat in sinu Abrahæ. Quapropter non est quòd infortunium appelletur Christianorum crux illis imposita, quam etiam in terris ferre patiq; debent: siue pauper siue diues existat, eam qui reiecerit, hoc ipso damnatus est. Si quis beneficium accipiat ab auaro & infido, quod etiam ex propria sua natura non, sed inuitè satis præstiterit, si fortuna dici debeat, eadem erit cum ea quæ contigerit illi qui crumenam reperiat inter aues rarissimas, connumeranda, quia nemo naturaliter pro nihilo quidpiam dat aut facit: eius tamen raritatis origo est, quòd tanta seueri-

tudo nulla ſit, aut eſſe poteſt, quæ ſemel riſum non admittat. A brutali ſua natura, quòd infidus exiſtat homo, ſibi habet agnatum, quæ quum in ipſum dominium acquirit, commodum proprium admirandis modis quærere cogit, & aſtutia. Nonnunquam influētia quędam incidere ſolet, vt id erūpere faciat, quod per integrum poſtmodum annum amplius non contingit, vt potis & ijs auaris præſertim accidit liberales ſemel fore, cuius poſtea pœnitet illius anni toto ſpacio vel diutius. Itidem aliquoties aſtris inebriantur, & curſus huiuſmodi pręterlapſo termino, ceſsát etiam iſtorum talis ebrietatis effectus, qui nec fortunæ debent adſcribi, nec eius appellari vocabulo, cùm naturalia ſint accidentia: quicunque tales homines ſæpius ebrios efficere norit, eorum etiam liberalitate fruetur abundantius: non aliàs qui cœlum hominum pro ſua voluntate prouocare ſciuerint, vt infidi ſæpius aſtris reddantur ebrij, fidos tales ſibi poterunt homines conciliare: quæ ſi præter naturalia media fierent abſque vino, vel aſtrorum influētijs, aut præter lucri maioris ſpem, aliquid exponeretur, &c. de fortùna quid in medium adferri poſſet: verùm hæc omnia cauſam naturalem habent. Si quidpiam inopinatò contigerit, &c. prout aurum inuenire, &c. fortunæ cauſa non eſt, ſed amiſsionis, ac per eundem locum tranſitus: nam præterijſſet etiam ille qui reperit, licet ibidem aurum

aurum non extitiſſet, aut alius quiſpiam inueniſſet primus illac iter faciens. Quod arte reperitur, artis etiam cauſa factum eſt: ſic de cæteris inuentionibus, quas ſolæ coniunctiones exhibent, iudicare nos oportet: verùm ſi quid ante multos annos in aliquo loco tibi ſoli prærordinatum fuiſſet vt inuenires, ipſumq; reperires, fortuna dici poſſet: non tamen ſic inuenit vnquam. Non ſecus in mechanicis artibus nemo fortunam potiorem, aut peiorem habet, artem verò bene maiorem, induſtriam, & concurrentium frequentiam, hominumque fauorem copioſius affluentem alio: quamuis etiam ambo forent æquales arte, niſi pariter homines faueant, non erit æqualis frequentia: quapropter omne quod cauſatur aliquo, non poteſt fortunæ, minus infortunio tribui. Item & cum medicis: eorum plurimi prorſum ignari, maximam fortunam habent, vt aiunt, hác tamen efficit vel eorum ambigua garrulitas, aut ipſa temeritas potius quàm audacia, quibus fauorem ſibi conciliant: & licet ea quæ conantur, nullius momenti ſint, pro bonis tamen reputantur, curſuſque mundani defectum eorum ſupplent: non eſt hæc fortuna bona, ſed ſi quiſpiam inter iſtos curare poſſet infirmitatem aliquam contra naturalem ordinem, fortuna meritò bona dici poſſet, verumenimuero non cõtingit hoc: quapropter in applicatione ſuijpſius, & intruſione res

eorum consistit. Cui columbæ volarent in os & assæ, fortunam is extollere posset, ac prædicare, quia contra naturam accideret: hoc nunquam fier, non potest igitur piger & ignauus de mala fortuna, vel infortunio suo conqueri, quandoquidem piger existit: nulla fortuna vices nuncij gerit, nec est aliquis nuncius qui fortuna vocetur, quiq; pigris adferat omnia quibus indigent absq; labore, sed quinque sunt præcursores qui hominem ducunt ad ea quæ sunt ei necessaria super terram, discere, scire, applicare seipsum, efficere cum diligentia: nam sine causa nihil existere potest: quicunque his instructus non fuerit, agilisq; factus, non est quòd se quicquam vnquam assequuturum putet: quamobrem omne quod patimur damnum, ex negligentia nostra prouenit, aut malitia, non ex infortunio: sumus nos ipsi nobis contingentium propria radix & origo malorum omnium. Nihil est igitur fortunæ rota, per nosipsos in hoc mundo vel ascendimus, vel descendimus: infortunium certè maximum foret, si quis super terram aridam submergeretur, nec id ipsum contingit: quare nisi pigritiam, negligentiam & incuriam à nobis abiecerimus, eò non perueniemus vnquam, quò tēdimus, siquidem hoc habet inter cætera donum homo quiuis, vt quicquid summa cura, diligentiaq; nititur, voti compos fiat. Quid ex eo futurum est, qui nulli rei prorsus aptus existit? certè nihil: quisquis

quisquis regnũ affectat, addiscat prius, & applicet seipsum ad ea quæ regem decent, & hac via talis euadet: quippe si retrospexerimus, & regum, principum origines, ac nobilium considerabimus, ex pauperibus omnes ortos esse comperiemus: fortuna Barbarossam in Imperatorem non extulit, sed patris eius industria, quæ causa fuit huius & initium: sic etiam Rudolphus ex comite rex factus est. In experientia quæ tędio caret omnino, totum hoc negotium consistit, non in tepiditate, sed in sedulitate maxima: non solùm in his quæ dicta sunt, verumetiam in doctrina, sapientiaque, &c. Animo virili si quis erumpat intrepidus, doctumq; virum sibi proponat, superato freno secum ita mussitet: nunquid & ego homo sum vt ipse tu, iam experiar an possim tibi similis, vel doctrina maior effici: huic fundamento iacto nihil deficit, præterquam summa diligentia: Deus non recusabit, dummodo quæras & ores assiduò donec assequaris: at ne despexeris postmodum, aliàs redigetur in nihilum quod conatus fueras. Aliquibus tamen dona quędam adijciuntur pręter omnem eorum diligentiam, vel artem, siue in corporalibus diuitijs, aut in doctrina dormientibus illis ferè, sic vt fortuna videatur: solus tamen Deus idipsum operatur, & non astra, vel simile quid aliud: & in præcepti modum vti corporalibus diuitibus opes dedit, sapientiam alijs propter pauperes. Si per

omnes totius orbis regiones conſideraueris, inopes cum opulentis, tantam opum diuitiarumq; videbis copiam, vt facilè pauperes omnes ſuſtentari poſſent abſque locupletum vllo diſpendio. Quapropter illi quibus huiuſmodi corporalia, vel ſpiritualia dona conceſſa ſunt, non aliàs cogitare debẽt, quàm indies pauperes præ manibus corporaliter, vel ſpiritualiter habere ſe, circũ ſe, præ ſuis foribus, &c. tanquam loquerentur, En adſumus Chriſti loco, non alia de cauſa, quá vt opes veſtras nobis impertiatis: quicunq; id non faciũt, certum eſt indiciũ à Deo demõſtratum illis, eorum diuitias in ruinam tendere, necnon proles aut cognatos hæredes minimè futuros, imò potius ante mortem ſuam priuatum iri bonis, qui ſic abutuntur eis, non ſine maximo dedecore, ſuiq; ipſorum ignominia: quę ſuccedunt in punitionem ingratitudinis hac in vita ſolũ, vt de ſucceſſu poſt mortẽ ſileamus. Hinc fit vt ipſe diabolus hominũ conatus malos ad opes accumulandum prouehat, quo ad eius, & quãtum poſsit, quandoquidem homines magis diuites quàm pauperes fore cupit, quòd ſciat eos qui bonis huius mũdi deſtituti ſunt, eſſe beatos: propterea negociorũ omniũ quib. acquiri pecunia poteſt, eſt inuentor & inſtitutor, & hac via naturaliter eos ducit in perditionem, ob vitiorum generis omnis amplexũ, eoq; mãmon in corda mortalium inuehit, vt ſint immemores Dei prorſus, & voluntatis

tatis eius. Non alia de causa mercatores protuehit, docet eos solertiam, dexteritatem, astutiam, rerum asseruationẽ in earum penuriam, vt charius vendantur, &c. quæ fortuna minimè dici possunt, imò potius opus diabolicũ, quod postea mercedem pessimam consequitur: eos homines non secus regit ac fures, quorum merces est patibulum. Pleriq; solent conqueri, Cur inquiunt sacerdos, aut monachus factus non sum, vt & ego laborum expers lautè viuere possem? considera quæso prius vnde sibi tanta copia diuitiarum proueniat, & quorsum, ac ad quos pertineat: quòd si clericorum aut sacerdotum opes omnes eo dirigerentur loco proprio, cui destinatæ fuerunt ab initio, comperies istis ecclesiasticis nihil omnino residui futurum: quis iam tibi lautè viuendi modus existet? nonne potius idem qualiscunq; fueris esse cupias? Magnam habet diabolus mámonæ copiã, quam varios homines, mœchos, potatores, luxuriosos, &c. possidere facit, vt non distribuãtur vt decet: thesauros accumulat hæreditarios, officiatos promouet, qui meretricibus & nebulonibus eos distribuunt: considera iam quàm periculosum diuitias multas possidere negocium sit illis qui abutuntur. Deus ex aduerso plerũq; diuitẽ aliquẽ erigit, vel monarchiam, sicuti Carthaginem, Romam, Iuliũ, Alexandrũ, &c. quorum agilitas per se tãta nunquam extitisset, vt mundum fermè totum subiu-

gaſſe potuiſſent. Romanos inter maxima fuit falſitas: aliquando propter aliud, ſimile quid permittit altiſsimus, vti Phariſæos & Saduçeos inter Iudæos regnare: non quod iſtorum aſtutia tanta foret, quin & alij tam aſtuti contrà reperiri non potuiſſent, qui fallaciam eorum facilè percepiſſent: verùm vt Chriſtus pateretur ſub iſtis hominibus: qua de cauſa Romanorum ſucceſſum etiam permiſit, quo ſibi totum ferè mundum ſubigerent, eiuſque dominium in vnius hominis manu foret ſub quo crucifigeretur, & poſtmodum ſub vno mundus homine, vel ſub vna ſuperioritate ſolùm exiſteret: quare Cæſari tributum exhiberi iuſsit, non Romanis aut ciuitatibus. Sępe Deus aliquid per vnum hominem incipit, verũ ille viderit qui fuerit aſſumptus, vt probè ſuo fungatur officio: nam aſcenſu deſcenſuq; mundus regitur, vt appareant hæc fortuna, vel infortunio gubernari, cum tamen diuina tantùm ordinatione fiant: quòd huic, vel illi quidpiam competat, nõ tibi, penes Deum eſt eius ratio, qui peroptimè nouit quare te ad aliud aſſumat: ſi tamen vt alius fieri cupias, videris prius vt vtiq; Deo placeas: nã ſi communis Reſpublica ſenatorem, aut conſulem eligat qui ciuibus placet omnibus, quanto magis Deus: ſic Deo Petrus in eccleſiæ ſuæ lapidem placuit, alius in contrarium. Quapropter vnuſquiſque à Deo ad id ordinatur, in quo vult ipſum eſſe, veluti ſi monarcha

non

non ſit opus, nemo etiam ad monarchiam naſcitur, & econtrà. Itē plerunq; Deus aliquem in tantam doctrinam erumpere, necnon cęteros excellere doctos viros, etiam in malitia, quandoq; alium extolli permittit, vt Euangelio pluris fiat, academias repleat ſua doctrina qualiſcūq; ſit, vt ea ſola, Chriſti relicta ſapientia, doceatur: ſic probare ſcholas Deus vult, & videre cui fidem adhibeāt, Chriſto, vel hominibus: plurimi ſiquidem exiſtunt homines parui, nulliusq́; precij plures, at eos quis nouerit? nemo: tales Deus exurgere ſinit, vt videatur cui homines adhæreant, & quales exiſtant. Quamobrem neceſſarium eſt, vt fiāt ſcandala (quaſi diceret) opus eſt vt ego tales homines inter populum ſurgere permittam, vt appareāt illi qui ſequuntur eos, & qui me, quiq́; mecum perſeuerant, & qui non: vę tamen homini illi per quem ſcandala fiunt, &c. Non alia de cauſa duos principes inter ſeſe bellare permittit, quàm vt reperiantur qui nihili ſunt, & vani cordis: vę tamen illi qui bellū gerit, quia primus eſt in origine malorum quæ fiūt in eo. Bonum etiam creſcere vinum facit, verùm vide quidnam tibi charius exiſtat, Deus aut vinum. Quid eſt itaq; fortuna, ſi quis vniuerſum mundum poſsideat, animæq́; detrimentum patiatur? oportet eſſe ſcandala, per quæ tam iuſti quàm iniuſti probentur. Sic & mercatura charitatis erga proximum eſt experientia: qui probus & iuſtus

eſt in vtilitatem,& proximi commodum exercet eam,& econtrà.Hęc & ſimilia patefaciunt hominũ corda,ſine quibus non facilè cognoſcerẽtur homines inter ſeſe,quales forẽt:ideo negocia Deus, & officia hominibus eſſe vult in proximi cõmodum & experientiam,vti ſuprà dictum eſt:his alligaris,& opera tua manifeſtum contra teipſum teſtimonium exhibẽt cùm in hac vita,tum in die iudicij, viciniſque per illa tuis innoteſcis. Cœlum etiam bonam atq; malam vitam promouet egregiè, vel impedit: ſiquidem quum in mũdum venimus, nudi ſumus & ſine cognitione cuiuſpiá , quare nobis cõductorem cœlum adiungit ab initio in finem vſq; vitæ, non aliàs ac ſi nuncius duceret ignotum : qui ductus plurimũ refert ad rẽ; illuc is, & iſtuc ille ducit comes, in vno quid,& in alio loco nihil inuenitur: quoquouerſum non ſecus ducimur, vt omnes anguli totius mũdi perluſtrati ſint.Et ſicuti non vbiuis locorũ inuenitur aurũ aut argẽtum, cum tamen angulos omnes mũdi perquirere nos oporteat,ſi nihil nos latere velimus,& ea perluſtrare loca neceſſum eſt,in quibus nihil exiſtit:ad quæ ductus quiſpiam, quòd nihil in illis reperiat,infortunio tribuere non poteſt,ſiquidẽ & vacua cum illis quę cõtinent aliquid, inquirẽda ſunt:non eſt quòd cœli nunciũ,ſed ipſum te ſequaris potius,alios imitare qui rectá ingrediũtur viã,non trãſuerſam , & ex teipſo bonã atq; malã cognoſcere vias addiſce;
nam

nã in te nihil, & alicuius boni maliq; discernẽdorum est ratio. Si cupias auri minerá inuestigare, locũ prius addiscas, auriq; ductus oportet (vt vestigia vulpiũ) nõ à latere: quá etsi reperias, fortuna minimè factũ putes, quandoquidem cognoscere debes, aliàs non accipies quãuis domi habeas: ité vnus omniũ primus quęrétium inuẽtor semper esse debet: quisq; tamẽ aliud nihil pręter idipsum quod illi diuinitùs datum est, inuenire potest, hoc tu, aliud ité alter. Quidná potius existimas, cœlum reperisse te, vel quòd alius monté aureũ inuenerit? non est quòd cõqueraris, cum plus inuenias q̃ omnes metallarij queant in terris: quid si diues mille florenos, vel aureos pauperibus distribuat ex superfluo, tu verò panis frustum ex necessario, maius est tuũ opulẽti dono millies: ité hic domũ emat aureorũ tot millibus, cũ redditibus innumeris, tu cõtrà sitienti des aquæ haustũ, quo tibi domũ emeris in cœlis: vtrũ horum potius est habẽdum? Industriosa rerũ inueniendi ratio cõsistit in pędagogis & instructoribus: ná quicũq; rem suam in scholis non fecerit, difficilè postmodum eam inueniet: præsertim quòd in his locis iuuari, vel impediri seduciq́ę potest quiuis ab initio: si cui mala sodalitia, vel seductores adhæserint, ab his retrahi potest in scholis: quot sũt illi qui doctrinam & sapientiá acquirũt instructionib. quiq; pręter has nullius pretij homines euasissent. Quapropter doctrina scholęq;

ſunt neceſſariæ, quibus datur etiã hac de cau-
ſa ſtipendium. Si fortuna quoduis nobis tri-
bueret, ſtudio non foret opus neq; doctrina
cuiuſquam ſcholæ, ſiue hominum, ſiue natu-
ræ, vel Dei: verùm Chriſtus loquitur, Orate,
pulſate, quęrite, &c. fortuna & infortuniũ igi-
tur nihil ſunt, cum quęrendum ſit nobis, &c.
inuentio non eſt ex fortuna, ſed ex perquiſi-
tione, tum qui iuſsit quærere, poſuit inuẽtum
ſuo loco. Quãobrem Deus eſt omne bonum,
fortuna & infortunium nihil ſunt omnino, ſi-
quidẽ omne donum eſt ex Deo, & inuenien-
dum eſt omne, quod inuenire dedit: habeat
quicunq; velit inueniendi quodcũq; donum,
ſiue ſit artis mechanicæ vel alterius rei, tu qđ
nõ repereris, nõ es infelicior illo. Omnia ſunt
homini ſubiecta, huic illud, aliud alteri, &c.
cui datum eſt aliquid in ſua poteſtate, gratias
agat ſoli Deo, non fortunæ, quandoquidem
ordinatio Dei eſt, non alterius: quicquid no-
bis præter hoc tamen deficit, ex noſtra negli-
gẽtia negatũ eſſe putemus. In ſcriptura Sacra
de incuria habentur multa, quę quòd nõ intel
lecta fuerint, mala plurima ſuſcitarunt apud
homines, ſicuti apud Iudæos & alios: pariter
acciderũt alia, veluti cum Samſone, Dauide,
&c. quæ fuerunt aliarum imagines rerum, &
figuræ: ſit exemplo Samſon, qui domum ſub-
uertit, ſubq; ruina extinctus eſt: quid aliud ſi-
bi voluit quàm Chriſti figuram ob oculos de-
pingere, quòd Phariſęorũ domũ ſubuerſurus
eſſet,

esset, vnde sumerent occasionem eum crucifigendi: pleræque veteri nouoque Testamento similes figuræ continentur, quę huic Libro nō conueniunt, sed prouidētiæ diuinę, necnō eius ordinationi peculiari, quas homo percipere minimè potest, donec reuelētur omnia: cur etiam facta sint, & quid significarint, manifestetur nobis post secula. Plura de fortuna & infortunio possent adduci, verùm quînam omnia quę necessaria sunt omnibus, papyro cōcludi poterunt? quisque tamen ex isto fundamento suam doctrinam, intelligentiam, promptitudinem, solertiam & diligentiam eliciat: nam illæ regunt, malum reprimunt, concedunt bonum, & in rectam semitam ducunt, quam qui fuerit ingressus, huic nulla denegatur inuentio.

Fragmentum libri de Sanguine vltra mortem.

PLures causæ quàm adduximus existunt, verùm docuimus apertè nullum veneficij vel incantationum genus hîc adesse: nam si sanguinem Adæ possent excitare, Deo similes forent: citius quàm id eueniat, cœlum & terram destrueret altissimus. Quapropter hominis sanguinem homo ritè cognoscere deberet: oportet enim vt eū habeamus apud nos, hac de causa resurgemus in nouissimo die, quòd eum super terram sparsimus: quisq;

ſuum recipiet, ſiue putrefactum, combuſtum, vel ſubmerſum fuerit, &c. reſtituetur in integrum. Diſputandum nõ eſt vlterius, quînam ex cute ſicca, tum ex oſsibus ſanguis effluat; ſiquidem id quod in extremo iudicio poſsibile eſt quod ad hoc attinet, hîc etiam fieri poteſt, quia nemo dare poteſt præterquã Deus: eſtq; manifeſtatio quædam inconſumptibilis ſanguinis, qui reddẽdus eſt in nouiſsimo die; reſurrectionis etiã exemplum præbet euidentiſsimum, quæ negari nullo modo poteſt. Videmus ibidem humanũ ſanguinẽ abſq; deceptione, qui nõ poteſt aliàs in eo loco fore, quã à Deo poſitus, hoc natura, nec aliud valet efficere, cũ ipſa mortua ſit & conſumpta: verùm id quod mors abſtulit, miraculoſè Deus reddit in teſtimonium hîc, & in vltimo iudicio. Qui de ſanguine vltionis abſque fide philoſophantur, vſum eius etiam ignorant, quia non credunt reſurrectionem: inde fit etiam vt Dei poteſtatẽ non intelligant, nec huiuſmodi ſanguinis reſeruationẽ vſq; ad ſua tempora: quáuis credant ſanguinẽ fore, quòd videát, magicum: hoc eſt, ficticium, nõ verum, ſed ſignum ſanguinis tantùm exiſtimant. Hæc ſigna ſanè proueniunt ex Dei potẽtia duntaxat, in vltionem, & iugulatoris vel homicidæ voluntarij perditionẽ: at in eo maximus eſt error, quum credunt eſſe relictũ in corpore ſanguinem in ſignum, cũ tamẽ is idem ſit qui fuit effuſus per latronẽ iugulantẽ. Niſi reſurrectio foret, iſto-

rum

rum philoſophia locũ habere poſſet, eo quòd allegant ſcilicet, Remotum à corpore nõ redit iterum in illud: quod quidem falſum eſt: nam Chriſtus cũ ſuo ſanguine quẽ etiam effudit in cruce, carneq; reſurrexit: pariter & nos cũ ſanctis clarificabimur, nec amplius duo corpora ſumus habituri, ſed vnicũ tantũ iuxta diuinã claritatẽ ſolis ſanctis competentẽ: quandoquidem etſi damnandi cũ ſua carne ſanguineque veris etiam reſurgẽt, nõ tamẽ clarificabuntur eorũ corpora, ſed tenebris denſiſsimis obfuſcabũtur, in quibus & perpetuò manſuri ſunt eo loco, in quo deputãdi veniunt ordine diuino. Poſtremi iudicij tempore, iugulati corã facie domini clamabũt vltionẽ in omnes iugulatores vehemẽter expoſtulãtes à primo vſq; ad vltimũ fieri: prout etiam Chriſti ſanguis vltionem in Iudæos proclamabit, eorũq; progeniem: ſic & oẽs qui trucidati ſunt innocenter belli factionib. de ſuo ſanguine petẽt vltionẽ. Quòd aũt his tẽporib9 rarò ſanguis, vti ſuprà narratũ, effluat, quãuis iugulator obambulet in loco in quo iugulũ cõmiſit, nec prodatur: Dei miſericordioſũ eſt iudiciũ, hoc ſignificat id, qđ in hac vita nõ accidit, in die iudicij complebitur: talesq; iugulatores iugulati ſanguinẽ ex eodẽ corpore ꝓfluere videbunt. Fluxus huiuſmodi q nõnunq̃ hîc ſolet accidere, certè miraculoſum eſt opus, qđ quẽuis hominẽ ad tremorẽ & capillorũ erectionẽ terrere poteſt: cũ ex cute ſicca longũ poſt iugulationis tẽpus

effluere videt ſanguinem: hoc ſanè docet nos coram Chriſto iudice tale miraculum contra iugulatorem eſſe futurum: nam eſt indicium non delendæ memoriæ. Remiſsionem peccatorum & obliuionē Deo relinquemus, cuius etiam eſt omnia peccata remittere: nos autē alter alteri debemus offenſionum remiſsionem, cum tamen innocentes vltionē aſsiduò coram Deo petant, (confeſsiones tot fiant, quot fieri poſsint) indicium nobis præbet, in ſacerdotum remiſsione paucam, aut nullam prorſum ſpem eſſe reponendam. Abel exemplo perpendi poteſt, cum homicidis, ob maledictionem id minimè fieri, &c. Si hæc philoſophicè iudicarē, impium opus à me factum foret: at quia Chriſtianè philoſophor, mihi licet etiam Scripturas allegare. Fieri poſſet quū ferè iugulatus ante mortem iugulatori ſuo remittat, vt penes Deum ea remiſsio perpendatur: verùm ſecundū Abel exemplum, difficulter. Duo puncta ſunt hoc loco nobis apprimè conſideranda: prius nempe, quòd mali boniq́ue fideliſsimum noſtrę reſurrectionis habeamus teſtimonium, ex ſumma Dei bonitate: alterum, quòd magiſtratus maximam authoritatem à Deo de homicidijs ſumendi iuſtum ſupplicium habeat his verbis: Qui gladio ferit, gladio peribit. hæc eſt vera confeſsio pœnitentiaq́ue, quam ex Dei miſericordia remiſſio ſequitur: id niſi completum hîc fuerit hac via, de morte perpetua timendum erit: nam licet

licet ſpiritualiter ſit confeſſum, cōtra verbum adhuc luctatur: ſcilicet gladio perire, &c. qđ nullam ſpiritualem confeſsionem in ſe continet, verùm punitionem à magiſtratu fiendam in vltionem, audita prius confeſsione palàm indicat: propterea talia miracula prodeunt in lucem, vt iugulationes patefiant, ex voluntate Dei. Multa peccata remiſit omnipotens Deus, & Apoſtolis remittere iuſsit: veruntamen, iuxta Scripturarum tenorem, nulli iugulatori, pręter ſuppliciū à magiſtratu ſumptum remiſſum fuit ab eis: exemplo ſit latro pœnitens à latere Chriſti crucifixus, quem non antea ſecum in paradiſum traxit, quàm affectus iam ſupplicio confeſſus eſſet. Si remiſsio per manuum impoſitionem expiaret peccatum, non apparerent ſanguinis huiuſmodi fluxiones, etiam poſt remiſsionem: vnde colligi poteſt, vnumquemque remittendi poteſtatem non habere, tum etiam aliquorū penes Deum eſſe remiſsionem. Quicquid ablatum eſt, reſtituique non poteſt, ſimile ſubſidium expectare debet: vt cum violatoribus virginum euenit, qui virginitatem compenſare vel reſtituere nunquam poſſunt: quaprópter & iſtæ petent vltionem de his qui vim intulerūt, ac infamiam: non ſecus intelligendum erit de ſtatu matrimonij. Quòd Babylonis in Apocalypſi tam ardua mentio fiat, hac ratione factum eſt, nempe, quia degenerauit à ſtatu virginitatis, in meretricium ſeducta. Iam ſequitur eundem

natio, nec non de his vltio petenda, qui Babylonem fecerunt meretricem: hoc est, qui struxerunt, eamque suis muniuerunt aggeribus. Non frustra loquitur Paulus, Christi membrum hoc egóne fornicationi dedam? absit, &c. quibus verbis innuit, etsi tale quid in veteri Testamento contigerit aliquádo, nos in exemplum id assumere minimè debere, sed econtrà cõsiderare potius quînam simus, Christi caro & sanguis videlicet, ne in fornicationem ea duxerimus: nõ erit igitur inter sanguinarios latrones & mulierum violatores in die iudicij magnum discrimẽ. Communis etenim horũ vitiorũ vsus efficit, vt ipsa iam à plurimis parui fiant: ac licet aliquorũ consciẽtijs nonnunquam testata sint, nihilominus confessione manuumq; superpositione putant expiabilia: verùm per eos, quibus à Deo commissum est, fieri potest, sicut fuere primi duodecim apud Christum: postea nullis amplius cõtigit, quos illa commissio nõ inclusit. Quamobrem Babylonica meretrix, est animal admirabile, quod admirando iudicio Dei condemnetur: equidem si vera foret (vt aiũt) eius remissio, nullum de vitijs esset sumendum supplicium, nec ad pœnitentiam verã quisquã duceretur: sine qua tamen electus est nemo. Tandẽ vt de sanguinis origine disseramus latius, euenire potest, vt aliquàndo sanguis in herbis vel in radicibus earum, item in arboribus incisis, & in pane reperiatur, de quo loqui maximum, &

philoso-

philosophari difficilimum licet existat, in eius tamen plenã cognitionẽ tria potissimûm sunt intellectu necessaria: scilicet, incantatio, nympha, & miraculum. Primus istorum sanguis ex incantatorum carminibus originẽ habet, quũ verborum inuolucris (quorũ ego fundamẽti nolo meminisse) huiusmodi sanguinẽ in, vel super herbas excitant: verùm quis & qualis existat, facilè iudicari potest: similem scilicet illi fore, quẽ coram Pharaone Mosen imitantes produxerunt incantatores: quæ quidem ars nondum extirpata est, nec id, quo simul & verbis perficitur. Aliquando lactis apparent guttæ, quas finxerunt superstitiosi, lac fore quod Christus suxit: & de sanguine dixerunt esse tres primas guttas, quas effudit, ac similia vana superstitiosaq; multa: qui tamẽ incantationis vi factus, nõ verus est sanguis, sed similitudo quædã & imago, vel signum eius, nõ signatum ipsum: nec etiã herbę vim habẽt naturalis aut viuẽtis corporis, vt aliæ, solùm autẽ apparẽtis ex incantationibus & characterib9, &c. quæ omnia nõ sunt admiratione digna, de quibus alibi dicetur suo loco latius, & q̃d inde fieri queat, elucidabitur. Secũdus q̃ ꝓfluit ex incisis arborib9, nõ oritur ex incantamẽtis aut similib. vt suprà, sed ex nymphis in illis existẽtib. quæ quidẽ nymphę licet spirit9 existãt, carnẽ & ossa tñ habẽt, spiritualẽq; naturã, in essentia sua longè diuersam à nostra nactę sunt: qua via sint in arboribus sitæ nunc intelligen-

dum eſt. Non ſecus ac homines aliquando, ſic & Nymphę ſunt à diabolis obſeſſæ, quas poſtmodum in arbores vnà ſecum penetrátes introducunt, inflectunt, ac vellent arbores euellere, nullo tamen vento flante, ſed tranquillo prorſum aere: ramuſculos & folia conquaſſationibus decidentia nõ ſinunt ſub arboribus iacere, verùm ſemper apparet locus, ac ſi ſcopis mundatus fuiſſet. Quum proſcinduntur, ſanguinem emittunt non aliàs ac ſi leo, catus, aut lupus marinus vulnerati forent, ſanguis humanus effluit: non tamen eſt homo, ſed catus, vel marinus lupus: & quamuis humani quid exiſtat, ſimilitudinem hominis minimè tamen refert: hac via Nymphæ transformantur in arbores, non tamen arbores exiſtunt, quãuis humanus effluat ſanguis: hoc eſt, duo corpora ſunt in vno corpore. Nymphes eſt ſpiritus ad hominẽ comparata, quòd illa muros præter eorum forationem penetret: non eſt Lympha, vel aquatica Nympha, ſed Nymphes eſt Pygmęorum ſpecies, quæ vetuſto nomine Sylphes appellatur: eſſentia quidem homines exiſtunt, vt alij, verùm natura proprietateq́ue ſuis hominum ſuperant naturam per diſparentiam à conſpectu noſtro, ſicut eorum libro dicetur latius. Introducuntur itaque Sylphes in arbores à diabolis, quas inhabitant, quibus etiam conſciſsis, quod effluit, ſanguis & ſudor earum eſt: quum dimittuntur, & ſuas arbores exeunt, corpora ſua deferunt eo loco

læſa,

læſa, quo percuſſa fuerint. Tertius qui fluit ex pane nonnunquam ſanguis duplicem habet originē, vtpote naturalem & ſupernaturalem: prior fit, aut ex omni pane pertranſmutationis artem in digeſtionē poſito, qui tanquam ſanguis efficitur, ſed nō eſt verus ſanguis: vel vt verè ſanguis fiat, neceſſū eſt edatur panis, tunc ventriculus eum in ſanguinem coquendi poteſtatem habet, cui deſtinatus fuit. Qui tamen extra hominem aut ventriculum ſanguis ex pane fit, ſimilis eſt humori colorato, quo cichorea formicarum cumulis incluſa tingitur̃ & aſpergitur, ex vtriuſq; natura concurrentia: ſic & ſulphur in hepate ſuo lac & ſanguis efficitur. Hæc omnia ſunt naturalia, quorum non eſt, quòd miretur quiſpiam, nec aliorum ſimilium, quæ plurima ſuoque libro declaranda ſunt apertius. Alter ex imaginibus aliquando ſupernaturaliter manat, vt ex pane quandoq; verus, aliàs non verus ſanguis, qui ſanè peculiarem Philoſophiam ad eius noticiam expetit, ac talem, quæ non aliàs quàm ex ſcriptura Sacra fideque poteſt intelligi. Huiuſcemodi Philoſophia nō eſt ex Gentiliū fundamentis, nec etiam eccleſiarum eorum, aut Cretenſium, ſed à Chriſtianis tantùm immutatè perpendenda, &c. Horum ſcilicet arborum, herbarū & cæterorum quæ dicta ſunt, feci mentionem, vt iſtorum ſanguinis profluuij diſcrimen fieri queat, ab eo qui de cute ſicca putridisque manat corporibus mortuis &

trucidatis: ne vnum existimetur vt alterũ, sed quodlibet in sua proprietate: magistratusque peroptimè consideret, memoresq; sint clamo ris innocentiæ Rachel propter filios suos, &c. cuius etiam exemplo suũ officium in his exer ceant cum diligentissima seueritate. Tales plurimi clamores ad Deum attolluntur, nobis non manifesti, qui propter fœditatem sceleris eò mox perueniũt, indeq; super captum humanæ mentis mundo sui noticiam exhibent: quapropter in eorum signis nulla fallaciæ, vel incantationum est habenda suspicio, cum substantiam corporeã, vel essentiam incantamenta non habeant: sicuti nec spiritus carnem, aut sanguinem: sicca nullo veneficio cutis ad emittendum sanguinẽ adduci potest naturaliter. Quanquã in contrarium quis argumentari potest hoc modo: Saga mulier venefica potest ex arido ligno, vel pariete lac recens ac naturale mulgere, non fictum. A simili poterit ex ossibus cuteq; mortui sanguinẽ, vel similitudinem eius elicere, qui nõ sit idem ille quem trucidator effuderit à corpore per ipsum iugulato: quo soluto reliquę soluuntur obiectiones in contrarium pugnantes, hoc responso videlicet, Homicidium non admittit aliquod veneficium: hoc est, striges, vel homines venefici nullam in eo potestatem habent, solùm aũt in alijs, vt in furto lactis, aut butyri, &c. ex altera parte, sanguis effusus hac via corãm Domino vindictam exclamat, vt asserunt

scripturæ

ſcripturæ Sacræ: præſertim quum ambæ partes, vtpote iugulator & mortuus vnà cum ipſo magiſtratu ſimul adſunt. Quapropter etſi ſpiritus & venefici multa norint, eorum tamẽ ab iſtis negotia ſeparata ſunt, vti ſanguis per eos excitatus colore differẽs, & eſſentia plurimùm ab humano, quem homines ipſi norunt; ac ſuum venefici.

Ex libro de Obſeßis à malis ſpiritibus.

DE his nihil ſcriptum reperitur, quòd apud homines incredibile prorſum & impoſsibile quid reputaretur, niſi Chriſti comprobatum teſtimonio foret, quamuis extent opera, videanturq́;: ſiquidem iudicari difficilimũ à quouis id ipſum eſt, quod etiam nouit, niſi fore ſibi firmiter propoſuerit, præſertim in ſupernaturalibus, quæ præter illuminationem ab alto percipi caro non ſinit.

Tractatus primus.

PRæponenda ſunt exempla quædam, & ſimilitudines, quibus intelligi queat naturaliter, qua via diaboli creſcant in hominibus, & in eos intrent. Primò quidem oſſa, fila, columbæ, fragmentaque lignorum & aliorum in hominem introducuntur abſque læſione cutis, quod incredibile magis eſt, accidiſſe tamẽ ſæpius, & indies oculis cernitur: itaque ſi corporeum intrare poteſt, quanto

magis incorporeum. Maximè tamen admirandum, quînam simul ambo spiritus isti, scilicet hominis & satanæ (quum homo non sit à misericordia reiectus, at bene diabolus) contrarij duo sub vno subiecto capite cuteq; concludi poſsint. In æternum deiectus eſt diabolus, vt nunquam in angelum redire poſsit amplius: fuit etiam à paradiſo pulſus homo: quare ſeipſum reiecto fermè comparare poteſt: inde ſequitur, illos duos ſpiritus cogitationibus, operibus & cæteris conuenire, ſimilesq; fieri poſſe. Veruntamē quum homo carne ſanguineque ſuis priuatus non fuerit, ſed loco tantùm, ad quem redire poſſet: reiectio dici non poteſt, nec etiam eſt, imò potius exitus vſque ad futura gratiæ tempora, quibus per Chriſtum rurſus acquiritur introitus, & à maledictione ſcilicet, In dolore paries, &c. liberatio, quæ facit in vitam, & non amplius ad mortem, vt illa. Sed Lucifer omnis eſt liberationis expers: quapropter ſeparantur, quòd ſeruationis homo, damnationis autem diabolus exiſtat. Quod ad expulſionem attinet, à ſimilitudine dici poteſt, vt etiá eſt, ſimiles conueniunt, vti perituri duo, pulſi, vel inobedientes, &c. Quum tamen homo ſub ſeruatione concludatur, Lucifero per hác in eum omnis eſt ablata poteſtas: exiſtimatione ſimili permanſioneq; in ſtatu pulſus aſſociari poſſunt: non tamen corporaliter, quia liberationis eſt homo. Quapropter vbi quis obſeſſus fuerit,
ad eſt

adeſt mox Dei miſericordia, Chriſtiq́ue virtus & potentia ſatanam in eadem hora pellendi, ſicuti nouo, tum etiam veteri Teſtamento factum eſt. Luce naturæ (quantum humano ſpiritui de his cōceſſum eſt loqui) demonſtratur id per ſimilitudinem quandam fieri: non tamen vnum & idem, ſed duo: hoc eſt, duo ſpiritus exiſtunt ſimilitudine conuenientes. Humanæ carnis hoc loco non eſt facienda mentio, quînam & quare diabolus in humano ſit corpore, quia non eſt in eo: hoc eſt, in carne hominis, ſed in eius ſpiritu: quod ſic oportet intelligi. Spiritus locum vllum non occupant, quare nec rebus inſunt corporalibus, at in ſuo regno: hoc eſt, abſque ſede corporali morantur in illis, quia in illis neque carnem, neque ſanguinem habent: ſpiritus itaque duo fiunt vni rei ſimiles, non vna, ſed duo diſcreti ſpiritus vnius rei ſimilitudine conuenientes. Apprimè notandum eſt, eos apud omnes homines manifeſtò non eſſe, quia ſibi Deus numerum elegit hos ad id, illos ad aliud, &c. quumq́ue ſimul omnes cumuli conuenerint, omnia perficientur in omnibus, hoc in iſto quidem, & in alio quidpiam aliud: non in vno tamen omnia ſimul, at in vnoquoq; ſecundum vocationē ſuam & crucem, ad quam ordinatus, quamq́ue poſt Chriſtum vt liberetur ab omni malo ferre debet, ne condemnetur: vt obſeſſi, qui malignis aſſentiunt, ſequuntur eos, & qui Chriſtum comitantur, ab inſi.

dijs eorum liberantur vltimis temporibus. Spirituum huiuſcemodi congruentia comparari poteſt auellanis, earumque vermibus in exemplum: nucibus enim & nucleis à Deo ſanis procreatis vermes innaſcuntur, quæ ſimul ita confluunt: arborem onuſtam hoc fructu ſi fulmen percutiat, omnis quæ tacta nux fuerit, verme roditur: intactæ verò non, quia ſunt in præſeruationem electæ: cæteras quidem ad corruptionem ordinatas ictus corporaliter ingreditur, non fracto cortice, nihilominus corrumpitur intrinſecus earum nucleus, ſemenque profert, ex quo vermis enatus vnà cum ipſo nucleo, ſub vno & eodem cortice delitеſcit. Sic etiam gladius fulmine comminuitur, integra manente vagina: eodem & capſa quæ concluſa fuerint, aduruntur, ipſa tamé illæſa: quæ naturalia ſunt, quanto magis apud homines ſpiritibus manſio cõtingere poteſt, qui per iſtos percuſsi fuerint. Ictus iſti vario modo contingere ſolent, vt maximam illam per Chriſtum liberationem agnoſcamus, & quàm auidè callideque nobis diabolus inſidias parare conetur: quàm econtrà fortiter & ſollicitè nos protegat Altiſsimus propter Filium: tum etiam vt videamus diabolum in nobis, audiamus, ac diabolicas eius technas per eum in homines erectas percipiamus, & miſeriam noſtram addiſcamus: pariter quàm atroci crudeliq; ſæuiret in nos tyrannide, ſi Chriſtus pro nobis non foret mortuus,

mortuus, morteque sua nos non liberasset, quamque iustè fuissemus ad mortem perpetuam condemnati, perpendamus. Permittit igitur Deus optimus maximus hæc signa, similitudinesque præ nostris oculis in finem vsque seculi fieri, quibus consideremus, admiremurque magnalia quæ fecit in terris, indiesque facit in istis hominibus, vt paralyticis, cæcis, obsessis, &c. sine quibus ignoraremus quanta Christus in terris miracula impossibiliaque mundo patefecerit, quàm admirandus super omnes existat, & super omnia, quanto sit erga nos affectus amore, quantamque sanctitatem ob nostri creationem demonstrarit nobis. Angeli mirum in modum sunt omni modestia castitateq; decorati, &c. magis quàm in ipsis existente claritate: quasi diceretur, Sol est angelus, cuius maximum splendorem tam admirandè creatum à Deo suspice: minimum est quid ad angelorum dona quæ dicta sunt, comparatum: quibus & Lucifer ante adotatus fuit: sed in sui deiectione lux & splendor virtutum eius omnium in teterrimas tenebras immutati sunt. Non aliàs & homo, quum in paradiso maximè pulcher, sanus atque mundus existeret, post lapsum & inobedientiam contra præceptū, in contraria videlicet, miseriam, infirmitatem, &c. mutatus, & quod ad mores attinet, pigrior, luxuriosior, ineptior, &c. bruto quouis effect⁹ est. Cū igitur huiusmodi spiritus concurrunt in ho-

in homine, quid in eo moderaminis, aut puritatis existere potest? quid brutale, quod non exequatur? tam nefanda sunt eius opera, quæ nullo calamo describi queant, nec mereantur; peior est obsessis, nam in eo diabolica natura tantam immundiciam inducit, vt nulla ratione possit apprehendi, quanto minus effari sine defectu. Iam de his vlterius philosophari desino, lucemque naturæ producere, quum singula singulis commissa sint, & terrena terrenis apprehendenda. Deus autem Christum filium suum dedit hominibus, & doctrinam eius cum intellectu: quapropter est quòd ad alterum textũ conferamus nos, in quo quidem Christi documentum continetur, & quid censendum sit nobis de spiritibus, & eorum quibusuis actionibus scitu necessarijs: quas qui non intelligit, quonam pacto poterit hominem cognoscere? Quid est quòd assiduò quis excuset seipsum, dicens, Hoc est mirabile, vbinam id existere potest, &c. nullum interea suæ fundamentum habẽs admirationis, & vt mutus adhuc hærens, obsessos arripere non nouit, &c. Verumenimuero Deo placet is qui peroptimè loquitur in similibus, operationumque suarum habet noticiam, & non ille qui cæcus est apertis oculis: vult enim Deus nos illis ad eũ finẽ in quẽ dati sunt vti, videlicet in Christi verbiq; sui contẽplationẽ: quoniã quicquid habemus, oculos, manus, pedes, aut pulchritudinẽ, &c. crucem nobis

nobis fore decet, quam post Christum ferre debemus, & non post diabolum, si salui fieri velimus. Exemplo sint obsessi, consideremusq; in eis quanta nobis proponat ob oculos Deus, videlicet in cruce nos Christum oportere sequi, si liberari cupimus ab omni malo.

TRACTATVS SECVNDVS EX QVATVOR EVANgelistis, & ex S. Matthæi:

Vespere facto multos ad eum adducunt obsessos à dæmonijs, & verbo eiecit ea, &c.

ONerantur obsessi cruce hac, quæ præ cæteris quas ferunt homines, omnium est latu grauissima, non sine maxima pœna deferéda: nam quod grauius jugum esse potest illo maligno spiritu nequam? quem tulerunt illi qui fuerunt ad Christum adducti: hoc est, qui per se crucem suam ferre non potest, & Christum sequi, per eos qui charitatem erga proximum exercere cupiunt, is dirigi, necnon ad Christum adduci debet, vt obsessi ducti fuerunt. Postquam eum proximi duxerint ad Christum, & eius orauerint loco, suo verbo tales Christus liberat, vti fecit, in Euangelioq; narratur; signum hoc est potentissimi principis

contra malignos ſpiritus, quapropter in verbo Dei quiſque manere debet, ab eoq; ſe non alienare. Quòd autem ſpumam emittant obſeſsi, cauſatur à diabolo, qui ſuam anxietatem & miſeriam illis applicat & inducit, premit exagitatq; tam truculẽter, vt eam educere coacti ſint naribus & ore: quandoquidem illi ſpiritus epilepſiæ ſpeciem ſibi propriam in ſe continent, quam hominibus imprimunt ac exprimunt: verùm quòd ipſi non ſint homines ſed ſpiritus, in paroxyſmum non incidũt vt illi, tantùm quia ſpiritus etiam eſt infirmitas, non aliàs quàm vt ſpiritus, in ſubiecto ſpiritu ſe manifeſtare poteſt. Quamuis coram Chriſto ceciderit ſpiritus ille nequam, ex timore potius & anxietate quam habuit in præſentia Chriſti factum eſt, quàm per vim infirmitatis ſuæ prædeſtinatæ: ſicuti caduco laborans incuſſu metus inopinati decidit in terram, ea de cauſa quòd ex timore morbus hic ortum habeat: itidem ibi contigit: inde Matthæum in his intelligere diſcito, &c. Niſi talia per Chriſtum nobis tam dilucidè manifeſtata fuiſſent, quis mortalium inter nos poteſtatem ſibi tribuat obſeſsiones hominum à dæmonibus factas, aliàs quàm ex Sacrarum teſtimonio literarum explicare? Quapropter ab eo tantùm de his philoſophandi quinam incœperint, eſt ſumenda ratio totius hiſtoriæ, quam ſequẽti Tractatu per concluſionem abſoluemus, & curam earum infirmitatum in

quan-

quantum ex Euangelio conceditur, enarrabimus: extra quod nullus medicinæ liber eſt aſſumendus, nec Philoſophiæ, ſed Chriſti doctrina tantùm, vti Medicos eo loco docet.

Tractatus tertius, & obſeßionum concluſio.

SOlus Deus prædeſtinationem ſuam nouit hominibus omnibus ignotam, & omne prædeſtinatum euenire neceſſum eſt: at qualecũq; fuerit, vt crux ad ſequendũ Chriſtũ exiſtimari debet: hoc eſt, iuxta doctrinam eius omnia quę nobis imponit, libenter ſuſtinenda ſunt, ſiquidem vt ipſe docet, crux eſt prędeſtinatio, quæ rurſum econtrà crux eſt. Quidquid crux eſt, nulli medicinę ſubijcitur, prout lepram nemo curare poteſt, ſi data ſit in crucem: quia talium infirmitatum curæ minimè ſunt medicinæ cõmiſſa. Quamobrem in ſimilibus crucem ferre ſuam & Chriſtum ſequi decet omnes ac oportet, qui liberare ſolus poteſt, quemq; non aliàs ſequimur, quàm audiendo verbum eius, & illud cuſtodiendo: ſi fortè quis per ſeipſum id efficere nequeat, ob impedimentum ſpiritus qui eſt in eo, hoc eſt, ſi obſeſſus fuerit, per charitatem proximorum fieri poteſt. Triplicem Chriſtus poſt ſe medicinam reliquit horum, qui ferendo crucem eum ſequuntur, vt obſeſſorum,

quarum vna poteſt, vel omnes eligi. Non ſecus ac Dominus Deus in Adam poſt eius lapſum naturales infirmitates dominari ſiuit, ac econtrà creauit remedia naturalia quibus eas arcere poſſet, dicere poſſumus etiam, aut meditari, Tolle hâc vel illam infirmitatem naturalem ſuper humeros, & ſequere Deum patrem tuum, id eſt medicinam veram, vt ipſe præcepit, &c. Quapropter medicina prima quam reliquit nobis Chriſtus, fit per eius poteſtatem, quum dixit, Vobis do poteſtatem expellendi, &c. de qua quidem poteſtate non eſt vlterius diſputandum, ſed ſine quouis medicamento, eius verbo firmiter innitendum: non ſolùm duodecim dixit Apoſtolis ſuis, verumetiam omnibus quibus Deus ſimilem dat poteſtatem, & eam committit, qua ſine commiſsione prorſus nihil fit, neq; fieri poteſt vnquam in dæmoniorum expulſionibus. Secunda medicina eſt oratio, quippe quæuis infirmitas, & crux à Deo mittitur, quare nullo pacto diffidere debemus, ſed Chriſtum ſequuti liberamur ab omni malo per eum. Eſt igitur quòd ex doctrina Chriſti firmam conſtâtemque fidem habeamus, & ſpem in eo noſtram ponamus omnem: quę quum ex cordibus noſtris merè ſincereq; promanat, exaudit nos Deus, dignosq; facit; pręter ſpem autem & fidem, nihil aliud eſt oratio quàm concuſsio labiorum inanis. Tertia medicina conſiſtit in ieiunio, quo non eſt humanum diabolos eijcere:

cere: verùm quia dixit Christus verũ est: quis melius nouit ipso, cuius verbo lapidibus & herbis maximæ virtutes datæ sunt? sic etiam ieiunio virtutem hanc suis verbis dedit, &c. nam ipse Deus & Dominus est omnium. Posset quispiam hæc tria pro vnico sumere, hoc est, simul in medicinam vnam complecti, vel orationem & ieiunium, &c. non refert, quocunq; modo fiat, si Dei verbum saltem obseruetur: quicquid enim fit iuxta cor nostrum, in Dei viris euenit. Iam notandum in primam partem, quæ potestatis est, errorem à falsis apostolis incidisse, qui perperá idipsum quod suis Christus commisit discipulis, imitari conati sunt: verũ illis minimè successit, eo quòd hominum soluendi crucem isti nullam à Deo Deiq; filio commissionem habeát. Nihilominus processum erexerunt orationibus, ieiunijs & potestate simul constructum, ac obsessos adiurationibus adierunt, quas diabolus irridens vt melius eos seduceret, astutè se finxit exiuisse, cum nihil minus cogitasset: nam antea sciuit Apostolos in Christi nomine diabolos eiecisse tantùm, his verbis: Immunde spiritus exi mox ab isto homine in Christi nomine: qui statim recessit. Ita fecerunt Apostoli, quos imitari conantes alij pseudo sic loquuti sunt: Adiuro te satana vt exeas ab homine hoc, &c. Falsum quod his accreuit, ex indecentia sumpsit originem ab illis qui præter Christi præceptum sese temerè nimis ingerunt, &

ordinem quem pręſcripſit. Profectò per huiuſcemodi coniurationes veſtras loco non amouentur diaboli, quod perperam creditur: nam obſeſſorum à vobis nemo ſanus omnino recedit, &c. Poſtmodum etiam oſſa reliquięque ſanctorum acceſſerunt, cum tamen in Euangelio ſolo manere nos doceat Chriſtus, qui triplicem in eo medicinam poſuit, vt audiſtis: quod ad reliquias oſsium attinet, libro de Humana mumia tractatur. Verumenimuero poteſtas vera ſolùm ex verbo Dei procedit in hunc vſque diem, & in ſæcula: nam etſi Chriſtus corpore iam non adſit, nihilominus verbi vox eius adeſt, cuius efficacia percipitur in eo qui ſigna facit, vt Apoſtoli: talem exhibet Chriſtus, & non homo. Quid aliud eſt oratio quàm idipſum quod nos docet Chriſtus in oratione dominica, Sed libera nos à malo: quod quum ex corde procedit, & cum ipſo, prout eis qui dæmonibus obſeſſos duxerunt ad Chriſtum, contigit, liberantur omnes: etenim aliàs exiſtimare quis non debet, quàm Chriſtum ante obſeſſum aſtare, ſicut illis temporibus, eumque præſentem precaretur, & oraret: quapropter non labiorum, ſed cordis ipſa contritio quid efficere poteſt. Ieiunium autem in plurimis eſt efficaciſsimum eorum, quæ quidem homo vix apprehendere poteſt: eo corpus recuperat ſanitatem in ea, longęuaq; vita permanet, quę naturalia ſunt: at ea ratione qua diabolos expellit,

lit, vt vita pœnitentialis agnoſci debet, ſicut in Niniue, quum ieiunarent liberabantur, eo quòd pœnitentiam agerent, quæ crucem, id eſt, diabolos à nobis aufert. Propter peccatum crux imponitur nobis: quare pœnitentia quæ delet ipſum, etiam à nobis tollitur: eius namq; vis & efficacia tanta eſt, vt per eam Dei miſericordiam aſſequamur, & Chriſti verbum eo loco ſuum effectum in lucem edat. Si nobis hîc in terris peccata remittantur, quoties ſuſpirium verum emittimus, vti ſeptuageſies ſepties vno die, quod maius eſt quàm diabolos expellere: ieiunium igitur hoc, aliud, ſicut Niniuiticorum abſtinentia fore debet, vtpote pœnitentię coniunctum, & eleuationi cordis ad Deum, quibus exaudiamur. Chriſti verò ieiunium, & Ioannis Baptiſtæ in deſerto, nihil cum Niniuitarum pœnitentia ſimilitudinis habuit, quòd illi duo peccatũ nullum habuerint: at nos punitionem omnem, & infirmitates diaboli propter peccatum noſtrum ſuſtinere meritò cogimur. Quamobrem erga fratres noſtros, qui ſuę mentis compotes non ſunt, vt eorum proximi compaſsione moueri debemus, exiſtimareq; ſpiritum illum qui torquet eos æquè nos, ac ipſos obſeſſos concernere, deq; ſuis & noſtris peccatis ſimul pœnitentiam agere, ieiunareq; ſicut Niniuitę: quoniam repletus minimè venter exauditur, ſed ieiunus tantùm: & ieiunium præter interni cordis orationem eſt momenti nullius. Inte-

rim allegatio Christi iuxta propriam significationem eius est proponenda: nam in eius verbo solo totum huius rei fundamentum consistit: de qua latius non est philosophandum.

Fragmentum libri de Somnijs, & Erynnibus in somno, & annexis.

VT etiam de somnijs & ambulationibus in somno nonnunquam accidentibus philosophemur, iudicandum est ex eadem origine simul ex nobisipsis ambo fieri, prçter quòd ansam eis & occasionem demus, aut in eo quid exequamur: siue ambulemus aut somniemus, æquè noctu suum erga nos officium exercet angelus, atque diu. Surgendi mihi datur occasio, gradiendiq́;, hoc exequor localiter vt pateat, non aliàs tamen quàm per angelum, qui me in Dei virtute sursum erigit atq; ducit. Pariter in somno quum spiritus isti motum & occasionem surgendi præbent, ambulandiq́;, semper adest angelus qui subleuat, meq́; ducit, ac si loqueretur illis qui vident: En videte homines, quàm piè vos in somno Deus protegat, &c. quum per inaccessa periculosaq́; loca scandentes in altum atq; descendentes (quæ vobis vigilantibus impossibilia forent) absq; periculo præseruat. Quare si dormientes (quum natura vel spiritus ad ambulandum vos impellunt) illęsos custodit, quanto magis interdiu vigilantium

tium veſtri curam habet. Sed quia corpus eſt bruto ſimile, vigilante ſpiritu nonnunquam dormire videtur: vt quum vigilandum inter multa proponis agere, tibi vigilans ſomnus incidit, qui per naturam adeſt aſsiduus, nec niſi cauſatus ab opere vel negocio, cui pręfueris, & in quibus admonitione ſit opus, aderit ſpiritus admonēs iuxta præfigurati prius conditionem, qui ſomnum tibi proponit, vt ſingulis horis conſideres eum: at cum ob diurnas laborum occupationes corporalium iſta non intelligas, & propter naturę tuæ ruditatem, occaſionem prębes in ſomno tibi redire, quum illa rudis natura non dominatur amplius, ſed quieſcit, tum ea cuſtos admonitorq; tuus iterum profert, ſecundum opinionis tuę fixionem, credulitatem, & corporalis diſpoſitionis puritatem vel impuritatem. Vnum igitur ex altero cauſatur, vti dux angelus ex ambulatione, cuſtos angelus ab inconſideratis operibus noſtris: & iuxta vitæ conditionem accidit nobis: vti cum aliquis inopinato caſu collum, aut ſpinam dorſi fregerit, obliuio Dei ſignorum huiuſmodi cauſa eſt. Ea quæ gerimus etiam in cordibus noſtris, apparent in ſomno: quamobrem eſt quòd laudemus Deum præ cæteris operationibus, & quæramus regnum eius & iuſticiam: inde fiet vt tutiſsimè nobis prouiſum exiſtat, ac in ſomno mali nihil prorſus offeratur, aut erronei. Niſi foret angelus, qui hominis am-

bulantis in ſomno tantam haberet curam, vt ſine periculo ſeſe conferat ad periculoſa quæuis & inacceſſa loca? quandoquidem vigilás tot periculis eſt obnoxius, & inſidijs quas illi ſpiritus maligni moliuntur, ex inuidia quòd nos in Dei miſericordia ſimus, non ipſi, verùm ligat eos Dominus, id eſt, ab eis nos liberat atque defendit: quod vti per diem & noctem facit. Itidem quum interdiu maniam incurrimus vigilante corpore, nos omni ratione ſpoliatos præſeruat, ac obſeſſos etiá, quos diabolus omnino ſubintrauit, ne ſuffocare poſsit: non aliàs & in ſomno tuetur omnium inſcios quæ faciunt. Velut enim in corpore phyſico patimur infirmitates, & in animo non materiales, ſed ſpirituales habemus, quibus fit vt ſurgamus in ſomno, quum huius mania laboramus, prout etiam illi qui cerebri maniam patiuntur: vt etiam cõmouemur quum ſomni caduco laboramus, non aliàs quàm illi qui corporis caducum habent: nec ſolùm in iſtis duobus morbis, verumetiam in omnibus ſuis ſpeciebus, & ſimilibus: eſtque in ſomno, quæ in corpore ſimilis ratio, ſed ſubiecta duo ſunt.

Præterea notandum eſt quod refragari nullo modo poteſt, vtpote quum ob huiuſmodi morbum quis in ſomno ſurgit, ambulatque, ſpiritus malignos affluere, qui putantes hominem ab alto præcipitare ducunt per feneſtras in ſublimia tecta, columnas, &c. ſupraq; morbi

bi facultates inaccessa vigilantibus cogunt adire loca dormientes: verùm angelus quem diabolus minimè videt, efficit vt voti sui compos non fiat inimicus, at econtrà præseruat ab omni casus periculo, vel præcipitij. Spiritus igitur ambo semper nobis adsunt, vt nullus opifex, veluti nullus faber lignarius, latomus, mercator, nauta, vel pistor, &c. siue scandat, siue naui, curriculo, vel aliàs vehatur, cui non adsit inimicus eius diabolus vt illi paret insidias: verùm eas auertit angelus bonus, ac omne periculum, vbi ratione suos etiam actus homo direxerit: quod quum facere nequit, veluti propter naturalem in somno deambulationem ratione destitutam,, spiritus bonus eum custodit accuratius in somno, quàm vigilantem: nam decet hunc sui curam gerere sua ratione, cuius vigilandum inter compos esse potest, cui tunc etiam comes datus est: quarum quidem rerum omnium origines hac via sunt intelligendæ.

Sunt etiam nonnulli qui dormientes garriunt, cantant, &c. sæpe cum aliqua distinctione perceptibili, quandoque non, & aliquoties ipsos se produnt, secretaque sua palàm faciunt, &c. cuius ratio talis est.

Non aliàs quàm vigilantes peculiares conditiones habent nil subticendi quidam, alij nihil pandendi prorsus, &c. quæquidem vis naturalis proueniens ex sanguine regit in homine: qui retinere non pos-

ſunt, egerunt: alij verò melius tacere norunt, nihilominus ad linguam & ipſos dentes vſque rem adducentes ratione frenant atque reprimunt: vtrumq; naturaliter datum eſt vigilantibus. Garrulus effundit omne quo repletum eſt cor eius, non aliàs ac ſuperfluo madens humore cantharus, & ſicuti homo naturale ſuum pondus habet (vti quæque res numerum & menſuram) quantum cibi potuſque capiat, ſuperfluum euomere cogitur, &c. non ſecus loquendi quam habet menſuram tenet, quodupereſt effutire neceſſum eſt: ideo Chriſtus loquitur quo cor plenum eſt, &c. non de cibo vel potu hoc intelligendum, qui per ventrem faciunt tranſitum, nec etiam in cor ſed in ventriculum immittuntur. Cordis menſurę ſuprema pars eſt os, per quod etiam omne ſuperabundans effunditur: nam quicquid in menſuram venit ab alto, non à fundo ſuum exitum habet: hinc fit vt vnus vigilans euomat, alter verò dormiens.

Quapropter nõ eſt quòd miretur quiſpiam, ſi proprium os eius eum prodat: quod non omnibus contingit, ſed ijs tantùm, quorum non eſt menſuræ clauſtrum appoſitum: felix cui menſura magna capaxq; fuerit, eamq; nouerit claudere: peculiare donũ enim eſt Dei loqui tacereq; ſuis temporibus, menſuræq; ſuę numeros & gradus obſeruare.

Fra-

Fragmentum ex libro de Animalibus hominum post mortem apparentibus.

NOn in artibus quæ delectant animum nostrum vt cymbalis & lyris canere, vel Grámaticæ, Rhetoricesq́; regulis, quas colere solent homines, at in Philosophia quam Deus plantauit, eius opera contemplari, tempusq́; totum in ea terere, maximè foret æquum. Quòd Propheta loquitur, Laudate Deum in cymbalis, &c. non intelligit hoc in idolorum cultum, nec ad choreas ducẽdum, sed in locis in quibus nemo prҫter Deum audit, his eum, & quæ patefecit iniunxitq́; hominibus, laudari debere. Nam donec inuentiones assequi dat hominibus tá in istis quàm in aliјs, non recedit ab eis Deus, ideo laudamus eum quòd lucem indies nostram illuminare suo lumine dignetur.

Hinc fit vt ego rerum inuisibilium, quæ sensus fugiunt, ac super naturam existimantur, hoc Libro Philosophiҫ tractationem susceperim, vti sunt animæ hominum & spiritus: plurimi loquuntur, hunc vel alium pro suo vidi mortuo, hoc est spiritum eius: item spiritum illius defuncti sedentem, aut ambulantem, &c. Quanquam Theologos inter sectæ multæ negant apparitiones fieri spirituum, quid cum istis qui minimum non intelligunt, nec initium habent sapientiæ, minus id super quod ædificauerit Christus Ecclesiam suam?

licet in ſede peſtilentiæ cum alijs etiam ſedeant, æquè ac Petrus ab inferno ſuperari minimè poteſt, ad hæc iſti nec addere, nec ab eis auferre valent. Verùm non ſecus ac lucifer, ac ſui de cœlo deiecti fuerunt, iſti ſibi ſapientes à ſynagogis, hoc eſt, ab Apoſtolorum luce detrudentur: ſiquidem non omnis qui dicit, Domine in tuo nomine prophetaui, &c. regnum cœlorum intrabit, vt iudicet mundum, ſed iuſtus.

In aliquibus librorum præcedentium de ſpiritibus & animabus dictum eſt, non in particularem eorum intelligentiam, verùm hîc iuxta Sacrę ſcripturæ tenorem eos adducam: non quòd opus ſit aut loqui, vel rem habere cum ipſis, at quia ſuæ quibuſuis Chriſtianis apparitionis cauſa demonſtrare neceſſarium. Quandoquidem hominibus magna myſteria patefaciunt, ac fundamenta non ignoranda: quamuis in hunc vſque diem idololatria maxima cum ipſis ab hominibus commiſſa fuerit, & ipſimet Theologi ſectaticiè de his docuerint, erroresque ſuſtinuerint falsò, deceptoriéque, prout audietis.

Homines mortuos quorum corpora putre facta ſunt in ſepulchris, carne ſanguineque prorſus conſumpta reſurgere, necnon ambulare, hoc eſt, ſpiritus eorum ſeparatos à corporibus ſuis, de quibus ſcriptura Sacra loquitur, Spiritus ad eum redit à quo proceſſerat, ſupernaturale quid eſſe ſcitur. Verùm ſcito

quòd

quòd hoc loco ſcitu dictuq; neceſſarium eſt, vtpotè ſpiritum non eſſe animam, imò potius ſi potè foret, ſpiritus anima eſt animæ, prout anima corporis, ſpiritus exiſtit: ſpiritus item hominis, corpus non eſt, nec anima, ſed eſt in homine tertium quid. Corpus autem dormit in diem vſq; iudicij, hoc eſt, nil operatur: anima locum occupat, in quo poſtremi quadrantis eſt reddenda ratio (ſicuti ſæpe dictum eſt) at ſpiritus ipſe dirigitur à Deo quocunque ſibi viſum eſt Domino ſcilicet expedire, vel vt ſecum ſit, vel cum anima, vel cum corpore, vel in manſionibus hominum, aut inter ipſos. Et vt clarius loquar, ſpiritus aliorum duorum eſt vmbra, prout ab imaginatione iudicium facere poteſtis: non recedit ab homine, quia iudiciũ hominis corporis & animæ cõſiſtit in ſpiritu: quapropter in reſurrectione videtur ſolùm ſpiritus & non anima, corporique ſimilis apparet: nam vmbræ ſimul ambæ ſunt ibidem. Quòd autem eo tempora quo Chriſtus moreretur, homines à ſepulchris reſurrexerint corporaliter, ſuo loco dicetur, etiam poſtea: non ſolùm hominum & naturæ luce, ſed ſcripturarum Sacrarum lumine potiſsimùm vtendum eſt nobis, & omnis philoſophiæ noſtræ fundamentum ab eis depromendum. Quid eſt quæſo philoſophia, quæ ſuam ex ſcriptura Sacra non habet originem? aliud profectò nihil quàm gentilium inſania: Chriſtianè

philoſophiam, & in vtilitatem hominum, ad æterna (non quidem ad mundana tranſituraque fruendum præter fructum cœleſtem) exercere docereq; decet, vt Rhetores & Logici faciunt, ac alij linguaces facultatibus, idiomatumque vanis ſubtilitatibus, &c. Si mortuum quis videat, fore præſagium exiſtimet, vt ſi lętus apparuerit, inſtar hominis ſancti, velut ita loqueretur, Vos eſtis ex ſanctorum numero: ſi triſtis, innuit ſe hîc in terris non ſatisfeciſſe proximis, quare iudicium Domini ſeuerum expectare ſe, nobis in exemplum vt alter alteri ſui remittat offenſionem, & pro quauis offenſa viuens faciat ſatis, horrendamq; hanc apparitionem conſideret.

Nonnulli varijs modis, vnus hoc, alius alio ſe manifeſtare modo ſolet pro delictorum diuerſitate, qui ſpeculorum inſtar adſunt, vt admoneant ab huiuſmodi vitijs abſtinendum eſſe, prout vſurariorum, & præter æquitatem negociantium ac lucrantium, imagines oculis hominum referentes, quiſque ſibi ſimili faciens admonitionem. Etenim cum in Chriſto ſolo ſita ſit miſericordia, non in Abraham, permiſſum eſt huiuſmodi damnatis ex petitione quadam ad Chriſtum facta ſurgere, ſuiſque parentibus ac filijs apparere, &c. eos vt admoneant viuentes à peccatis tantùm vt abſtineant, pœnitentiam agant, &c.

non

non vt pro mortuis satisfaciant. Licet plurimi nō surgant, vtpote qui veritati dormiunt: horum ex verbo Christi iudicium fieri debet, cui nullo pacto resistendum est. Ex vtraq; parte fiunt arcana quædam, experientiaq; reperiuntur fieri, quæ penes Deum sunt omnia: multa siquidem norunt mortui, reuelareque possunt, non nisi tamen ex misericordia Christi: quod nos plurimū excitare deberet. Mundi certò miseria tanta est, vt indecentius quid etiā accidere facilè posit in eo, quàm ea quæ dicta sunt, prout militum, pseudoprophetarum & Antichristicorum accessus, propter quos apparent spiritus, ac si dicerent, Ecce appropinquauit ira Dei, morieris & tu, &c. quapropter ad mortem vt indicia sunt hominibus, non aliàs eam annunciant, quàm cæco diem videns, notum facit. Sunt & alij spiritus hominū, qui hîc in terris inuidiam suam, ac vitia pro suo prauo desiderio nondum satis adimplere potuerūt, mortui iam in viuos vindictam sumunt, eosq; varijs affligunt nocumentis: exemplum hoc nobis proponit Altissimus, inuidiam absq; pœnitentia non mori, propter quam ita perseuerás in finem vsq; damnatur in æternum, & qui secum in mortem tulerit eam. Alij quidem alijs vitijs apparent intenti, prout superbia, qua se palàm faciunt in ea se decessisse, tanquam dicerent, In superbia ne vixeris; & potissimùm in ea mori caueto. Sicubi spiritus inquieti rumoribus &

clamoribus, vt in bello fieri consueuerunt, appareant: indicio sunt eisdem locis maximos conflictus, cum sanguinis effusione copiosa futuros, ob quos diaboli plurimùm gaudent ridentq; tempore quodam, priusquam fiant, ac si dicerent, Habebimus hîc ludum, cuius & nunc memoria nos oblectat: prospiciat igitur sibi quisquis his præfiguratus est, pœnitentiam agat, vitamq; suam emendet: vosque monasteria, quæ certissima prius habetis indicia, non est cur exultetis, manifesta signa sunt ex vita quam agitis cognoscẽda. Cuiusq; hîc est in terris mensura plenissima fienda cuique retributio, non prius ad regnum Dei patet aditus: ex ea nunc pro mortuis oblationes in satisfactionem colligite vestras. Nonnullis hîc obscurius scripsi quàm cuperent, alijs verò nimis apertè: si tamen ei qui pulsat, hoc ipsum dabitur, quid illi qui solùm de micis, quæ de mensa domini sui cadunt, edit, ac ei qui panem suum non pinsit, neque torret? Plura huc adduci possent exempla, quæ ex præcedẽtibus intelliguntur. Sunt qui putant Episcoporum emunctoria post mortem aliquid efficere posse, verùm an ipsimet sancti sint, aut non, hoc loco tractandum non est: eo tamen qui de sanctorum authoritate continet, &c. videre licet, nec sine causa prætermisi.

Ex libro de Lunaticis.

INprimis animaduertendum eſt homini, duos ſpiritus agnatos, vnum vitæ, limbi quidem alterum fore. Ratione qua homo eſt imago Dei, ſpiritum in ſe diuinum continet, iuxta quem etiam viuere debet: aliàs ex animali ſpiritu brutũ eſt. Inter ſe contrarij ſunt, & vnus alteri cedere neceſſum eſt, ad puri ſeparationem ſpiritus ab impuro, tum ad eorum habendam cognitionem, vt huiuſmodi morbus curari queat: cuius etiam gratia hunc librum conſcribere volui. A luna ſpiritus animalis denominationem ſuam habet, non tamen eſt luna ſola, ſed hoc nomen ſufficit, ſub quo omnes veſaniæ & maniæ intelliguntur: multi lunatici ſunt, qui non eſſe putantur: nam certò plurimæ ſunt formæ ſtultorum, ita & lunaticorum, ſed differunt eo, quòd mori brutalem ſpiritum agnatum habeant, quo quidem vtuntur brutum & rationem inter, hoc eſt, ſua ratione ſtulteſcunt, brutali ſimul vtentes promptitudine: ſi fuerint aſtuti, vulpes imitantur: ſi feroces, ac iracundi, luporum ſunt naturæ, &c. Lunaticis autem ſpiritus ille brutalis ita non eſt agnatus, nec brutales geſtus exercere, minus rationales: habent autem rationem, ſed ex natura perturbatam. Exemplo ſit canis, hic duas qualitates, naturalem vnam & caninam, qua mordet, ac latrat, &c. habet: alteram innaturalem & rabioſam, per quam

ſuis proprietatibus pręter ſuam rationem vti cogitur: à natura mordere cani proprium eſt, at non omnes: à rabie quidem habet, vt in animantia quæuis irruat: & idem eſt lunaticus morbus: hoc eſt, qui in brutina ratione perturbantur, in hominis ratione minimè perturbantur, ſiquidem iſta nullam infirmitatem admittit: quare non eſt quòd in eo ſpiritu curandum quid inueſtigetur. In homine rabida lupi natura, non eſt aliàs quàm in cane rabioſo iudicanda: tum etiam quòd brutina ratione tantùm vtatur, & non altero ſpiritu vitæ, nempe iuxta brutum & non aliter appellari debet: quod Chriſtum etiam feciſſe legimus, aliquos videlicet vocaſſe lupos, nonnullos viperas, alios vulpes, &c. qui forma tales etſi nō extiterint, natura tamen.

In hoc Libro tractabo:

1 Differentias duorum ſpirituum hominis.
2 Allegationem Chriſti.
3 Maiorem expoſitionem.
4 Curam poſsibilem.

Particula prima.

PRior ſpiritus hominis eſt ex lumbo, ſed alter ex verbo Dei Fiat: quicunq; rectè nouerit ambos, hominem ex vtriuſque natura, hoc eſt, fructu cognoſcere poteſt: vt alia

alia quæuis animátia, ſcilicet aues, piſces, &c. creatione brutali, vel animali per ſolum Dei verbum factus eſt abſque ratione: quare velut illa, brutum & limbus hominis corruptibilia mortiq́ue ſunt obnoxia: cum quibus etiam vnà moritur & putrefit brutalis eius ſpiritus: at ipſe homo verus non moritur, neque corrumpitur, quia reſurget in boni vel mali receptionem. Immortalis homo hâc maſſam induit, ac ineſt ei tanquam accidens, & homini corpus in terris tribuit. Iſte limbus, omniũ animalium, item cœli terræq́; proprietates in ſe continet, vnde cum limbo & cæteris animantibus habet concordantiam, vt quicquid in animali genere diuiditur in ſpecies, id eſt, in animalis cuiuſq; naturæ proprietates, hoc ipſum per genera partitur in homine: hoc eſt, ſub vna cute genera naturæ ſimul omnia concluduntur, abſque manifeſtatione, hoc eſt, occulto modo. Quicquid eorum tamen generum patefacit ex indicio, ſecundum ſpecies ſuas diſcerni poteſt, cuiuſnam ſit animalis proprietatis. Quòd ſi horum nihil manifeſtauerit, purus eſt & ſincerus homo, cui fit iniuria maxima, quum brutale nomen attribuitur ei, qui non aliàs quàm homo verus nominari debet: quandoquidem ab omni brutali natura liber eſt, & ab elementato, naturę non aſtrictus in eſſentia, ſed ex Deo & eius ſpiritu proueniens imago Dei: habet etiam præter hanc bruti naturam, etiam firmamenti. Cœlum

vtiq; brutina suis in astris & syderibus adornatum est natura proprietateq; : quapropter hominis amicum est bruto, cùm quo per sydera sua concordiam habet. Quum ergo figura cœli per astrologos erigitur, Mercurialisq; vel alius fore iudicatur homo: nõ intelligitur de vero homine, seu de toto, sed de brutina parte, cuius est ascendẽs dominus, & inclinatio: quare iudicia hæc ad brutũ in homine pertinent, & nõ ad hominem ipsum. Porrò nobilior est homo q̃ tota sit ipsa natura: quî potest igitur maius minori subijci, ꝓut fabulatũ est? at contrà monemur his verbis, Nolite fieri sicut mulus & asinus, &c. Nõ aliàs q̃ sol & luna suis radijs vni detrimẽto commodoq; sunt alteri, syderũ natura brutina, hoc est, spiritus ipsorum, poros cutis in hominis brutali ratione (vbi situatur) sicut solis splendor vitrũ penetrant: quo brutina ratio lęditur in homine, iuxta bruti syderis proprietatẽ atq; dispositionem. Quamobrẽ impressio quæuis, influẽtia, constellatio, &c. cœli, nõ agit nisi in brutũ hominis, & solùm vbi iuxta brutũ suũm vixerit, aliàs nõ: at si vixerit vt homo verus, inualidæ sunt impressiones huiusmodi. Quicunq; viuit vt brutũ suũ suadet, omnia succedunt illi tanq̃ bruto, non aliasq; ducitur ac regitur astris q̃ stultus, etsi prudens vel sapiens fore videatur: nam atq; brutina ratio læsa fuerit, adsunt caniculares dies hominis & deliria multa. Summatim homo duo corpora possidet,

physicũ & spirituale: physicũ est Astronomię, Astrologiæ, nec nõ Medicinæ subiectum, hac seruata differẽtia scilicet, vt quicquid ex Astronomia prouenit, iuxta corpus physicũ nõ, sed secundum alterũ hominis corpus interpretari debeat. Verũenimuero Medicina iuxta brutũ intelligi versariq; solũ: quapropter id quod ex omni bruto constellatũ fuerit exteriori, quoad infirmitates, medico notisſima fore debẽt: quæ tñ ad auguria præsagiorũ pertinẽt, nõ est quòd brutũ cõcernere credãtur: quod quidem gentilium, & nõ Christianorum est iudicium. Solùm brutinum firmamentum est assumendum à Medico penes hominẽ, id est, brutum eiusdem: vnde lunatici nomen optimè deductum esse constat: siquidem ab alto descendunt astra bruta, suasque vires imprimunt, in astra bruta inferiora. Sol noster oculi nostri sunt, quos ille Sol cœlestis occæcat, & luna splendore suo: sic etiam intellectus brutini, rationis & sapientiæ nostrorũ oculi, quũ in rationis intuẽtur astra, huius intellectus in nostrũ emicat, obfuscaturq; noster illo penitùs. At sicuti palpebris tutãtur oculi, ne sol eis noceat, nostræ pariter oculi rationis protecti non offendũtur, eo quòd nõ vidẽt: verùm ablatis reuelatisq; palpebris eorũ, iã radius in eos irruit, superatq;: nam simul nõ magis consistere possunt, quàm lignũ & ignis, quia mox illud arripit. Rationis igitur nostrę temperamẽtũ, ab ignis supremi ratione pellitur: quapropter si quip-

piam addiſcere cupis, quieſcat in te brutinus intellectus, & ſpeculatio bruta nil operetur, ſed ex Deo didiceris: id eſt, homo tuus non brutum tuum addiſcat. Verus hominis ſpiritus eſt ratio vera, ſapientia, necnon Adami prouidentia: quicquid operatur, ex Deo eſt, & eius eſt imago: huius ſpiritus corpus, aut forma talis eſt, quòd ſubijciatur, obediensq; ſit origini. Manet immaculatus ſpiritus iſte, nihil prorſus illi deficit, eiq; nihil nocere poteſt. Alter econtrà ſpiritus inſanus atq; ſtupidus redditur, quo quidem vti nullo iure debemus: aliàs eo ſi quomodo fuerimus vſi, mox cœlum ſpiritualiter aſpicit, vti Saturnum, Martem, Iouem, &c. quos imprimit in imaginationem ſuam, & materiam quam tractat: hoc illi prius vetitum fuit. Quapropter Aſtronomiam ad rationem hominis adducere laudareq; vitioſum eſt & indecorum, prout in ſcriptura Sacra legitur. Chriſtianè tantũ & non gentilitiè tractanda venit, quòd Chriſtus omnes mundi ſectas, fidem, ſpiritus, religiones ſtatusq; ſuperet. Fratri quidem racha, &c. dicere non debemus, eſto: verùm tam diu donec in hominis veri ſtatu maneat homo: neq; viperam, aut vulpem, &c. donec in imagine Dei perſiſtens operatus fuerit: aliàs tamen ſi fecerit, à bruto cuius ſpeciẽ imitatur, denominari poteſt, vt non dignus qui hominis appellatione vocetur, aut frater: nec ea de cauſa fiet huic iniuria.

Parti-

Particula ſecunda.

EXemplum habemus Chriſti & Ioan. Baptiſtæ, qui Phariſęos pro merito vocant viperarum genus: nam huius iſti ſpeciei proprietatibus vtuntur, nō imagine Dei, quam aliàs vituperaret quis, in verum hominem hæc, aut ſimilia quædam efferęndo. Brutinam in limbo noſtro naturam continemus eſſentialiter, non per ſimilitudinem tantùm, vti ſi quis porci proprietatem in ſe habeat, eam eſſentialiter continet ratione limbi mortalis, in quo omnia firmamētalia & terreſtria inſunt. Nam homo iuxta brutales proprietates operari minimè poſſet, niſi haberet eas in ſe potentialiter in limbo, quem etiam habet mortalem, aliàs eo ſi careret in hac vita, purè caſteq; viueret vt in vita futura. Duplex eſt igitur ſimilitudo, ſcilicet vna, cum intellectu quidem eſſentiæ, tum præter eſſentiam: altera velut comparatio: in hoc verbo Chriſtus vtitur vtraq;, Mitto vos vt oues inter lupos: poſterioribus non applicat poſteriorem dictionem in ea ſignificatione, qua priorē prioribus. Etenim Phariſęi lupi ſunt eſſentialiter, at Chriſtus noluit ſuos diſcipulos oues eſſentialiter fore, ſerpentes, aut columbas: tantùm vt huiuſmodi comparationibus ad illuminationem à Spiritu S. melius diſponerentur, cū aduenirer: ac etiam (vti poſtmodum eos docuit) eius doctrinæ ſimilitudines facilius & firmius apprehenderēt, imaginemq; Dei reti

tinerēt accuratius. In Phariſeis aūt erat forma duntaxat hominis, & nō eſſentia humana, ſed brutina tantū: quapropter in ipſis nihil ædificari potuit: nam à ſola forma non cognoſcitur animal, ſed etiā ab operibus, habitu, proprietatibus & eſſentia: quippe ſi coruus gallinaceum ouum poneret, gallina diceretur, eo quòd forma nō tantùm, at natura potius dat nomen rebus. Quî ſtultorum itaq; ſic & lunaticorum gradus exiſtunt, vnus inſtar cati, canis alter, &c. plus minúſue rabioſus. Admiratu ſanè maximum hoc eſt, imaginem Dei ſcilicet pati poſſe, vt onere maloq; brutinis circundetur, diuinaque ratione ſpolietur, moribus & fructu: voluit autē hoc myſterio Deus ad conſiderandū nos adducere, quid & quales ſimus, eoq; firmius in ipſo, necnon in immaculato ſub homine perſiſtamus, nihilque mali nobis accidat: ſiquidem licet ipſa natura maxima ſit, multisq; repleta miſerijs atq; defectibus, nihilominus ſuos duntaxat arripit, alios non. Plures quàm hactenus dictæ, ſunt lunaticorū & inſanientium origines, vti per veneficia potibus aut cibis adminiſtrata, quorum libri ſui peculiares exiſtunt: hoc loco cœli tantùm inſanos tetigi, quos etiam intelligere maximè refert. Aſtra curſum eis ab initio datum, in finem vſq; poſsident, &c. talem, vt nemo perfectè mortales inter cognoſcere valeat, aut ægrè proprietates eius: hoc ſcimus ſurſum deorſumq; latū in gyrum

eſſe,

esse, hunc isto, aliũ alio modo, sed quibus conditionibus, proprietatibus, &c. penitùs ad amussim non cognoscimus. Aestatẽ post hyemem, inde rursus æstatem, ordine circulari sese præcedere ac sequi notum est nobis, at qualis æstas aut hyems futuræ sint, ignoramus: etenim vna hora potest efficere vt sterilescat anus, quæ quidem incognita nobis est: si quid experientia quotidiana fortassis innotescat, ex arte certaq; sciẽtia nihil est. Cœli cursum, vti suprà dictũ est, notũ habemus, at non ex omni parte: rationem in se cursus iste continet, quę cum nostra concordat, vti quædam herba suũ naso gratũ odorẽ exhibet, nõ aliàs in cœlo frutex est, aut herba cerebro conducens, aut rationi, sapiẽtiæ, prouidẽtiæ, &c. iuxta brutinum ordinẽ tamẽ huiusmodi spiritus occulti sunt homines (cõparatiuè loquẽdo) nõ visibiles, muti, nõ sensibiles, &c. sed p intellectum integri, qui vi limbi nostri nõ separantur à nostra ratione: quapropter concordãtiã erga nos habẽt, qua nos brutino transmutant modo, sicuti superius auditũ est. Intellectum etiã habemus, is recedit à nobis, nec remanet apud nos, qa ratio quæuis est spiritui similis: vt quũ inuestigare cœlũ cogito, spiritus meus est in cœlo: herbas inuestigando, erit idem in herbis. Itidem in cœlo spiritus existũt, in herbis, item in aere, &c. qui cũ spiritu meo concurrunt simul: cursumq; suum spiritus meus habet, quẽ iuxta ductum dirigo: cœlum vtiq;

cursum habet in suo spiritu, meus etiá vt brutum est in me, cui pariter innititur: quũ igitur ambo simul veniunt, vtra pars alteram superauerit, dominiũ habet: verùm quòd cœlum potestatem habet maximam, cursus mirabiles, atq; proprietates, collectu perquàm difficiles & intellectu, vincit hominem, non aliàs quàm vinum potatorem suum superat. Ex altera parte si prorsum astris intenti non fuerimus, aut similibus, ipsa tamen intenta sint nobis, quam æquè potestatem habent in nos, ac nos in illa, non secus ac prius euincimur ab eis: præsertim vbi non cauerimus, neq; tegamur. Multa similiter in terra nascũtur, quæ dementiam inducũt, vt cicuta, crocus, corodella, &c. quę hîc non conueniunt, quòd necent, ac mortem inferant: hoc cœlum non facit, neminem interficit, phreneticum duntaxat, maniacum, &c. quempiá reddit. Morbi quidam id ipsum efficiunt, nec tunc à cœlo mania ducit originem. Lunatici cũ obsessis quandam similitudinem habent: quandoquidem astra, signa planetæq; sunt veluti spiritus, qui hominem ita superant hoc loco, vt mentẽ & rationem suam retinere non possit, at prorsus amittere cogitur: vti cum alijs spiritibus euenire solet: est enim ferè similis corruptio, qua spiritus in seipsis diuisi forent, ac si quis igne cæcus fieret, alius per luná, aut solem ex continua fixaq; scilicet eorum inspectione (proli xius igne, luna citius, at sole citissimè) peius
est

est vnum alio, sunt cæci tamen omnes: hîc etiam rationis corruptio separatur à reliquis naturalibus, eò quòd prior alicui spiritui similis est: altera verò fit ob rationis debilitatem & confiniorum eius. Astra nihil in nobis operantur, nisi locum dederimus & occasionem, tunc in nos quod possunt experiuntur: exempli gratia, religionem aliquam si quis instituere velit, hoc bruti superat intellectum, cũ apprehensio fidei sit hominis tantũ: speculatur interim quid piũ, quid impiũ sit, &c. obiectionibusq; suis cõtra quasuis obiectiones roboratur, &c. Potẽtissimus est in firmamẽto, qd^{r} ingeniũ eius acuit, audacẽ temeraríumne dicam, & inflammatum reddit, vt alij mirentur, qui sunt ab huiusmodi cogitationibus immunes: victus est, astrisq; vinctus, potius in hoc negotio doctus ex astris, donec omnino corruptus aduri seduciq; se permittat, quòd verum esse credat, non est ex spiritu Dei. In his apprimè notandum est, eum non solùm esse dementem, qui palàm insanit, currit, percutit, &c. sed etiam illum qui modestè, necnon humiliter agit: humanam rationem habet, nihilominus æquè demẽs, ac maniacus existit. Brutalis intellectus maior est in hominibus, quàm in cęteris animantibus quibuscunque, quippe quòd omnia penes hominem animalia sint in genere, &c. præterea loqui datum est huic, & alię promptitudines, quæ negatæ sunt illis omnibus, vt iudicium, &c.

Particula tertia.

VT falſorum prophetarum differẽtiam faciat, loquitur Chriſtus, A fructibus eorum cognoſcetis eos, qui veniunt in nomine meo ſigna hæc & illa facient, &c. Niſi Chriſtus his verbis tam fraternè fideliterq; nos admoneret, quis ab iſtis aſtutijs callidiſq́ue ſpiritibus non ſeduceretur? præſertim ſi huius alterius immemores verbi ſimus: Etſi angelus de cœlo aliud Euangelium prædicauerit, quàm docuit Chriſtus, nolite credere, &c. Quum itaque rationi per ſe fidem apprehendere ſit impoſsibile, ſicuti dictum eſt, ad ea quæ deficiunt aſtrum auxiliatur, tanquam aſcendens in fide. Exempli gratia, ſi quis vt melius videat ſolem in auxilium ſumpſerit, & occæcetur ab eo, non ſecus brutini ſuperiores ſpiritus vincunt ſpiritus inferiores & carneos: quibus poſterioribus idem accidit: quod verò bruto cui ſub macellum in caput malleus impegerit, ſtolidumq́ue huc ac illuc diſcurrens, quò vadat nõ diſcernit, in ignem, vel aquam ſe præcipitem facit. Non alias etiam iſti ſpiritualiſtæ comburi ſe permittunt, &c. ſicut veri ſpirituales brutino ſolùm intellectu confirmatos, præter quem in fide nihil habent: à fructibus enim eorum vita cum operibus eſt manifeſta. Verùm illi qui ſpiritu ſolo Dei ducti ſunt, vitam ex huiuſmodi ſui doctrina præceptoris agunt, fructus quoq; præceptore tanto dignos edunt, à quibus

bus iudicare licet, quũ in ignem ſe duci propter veritatem ſuſtinendam conſtantiſsimè ſinunt, patientiſsimeque ſumma cum lætitia modeſtiaq́;, per quem iſti hîc confirmati ſint. Quapropter inter hos diſcrimen eſt in iudicium aſſumendũ, quod nobis propoſuit Chriſtus, ne falſis pertinaciæ ſeducamur exẽplis, eamq́; falſò conſtantiã eſſe iudicemus. Verus homo fortis eſt ad reſiſtendum brutinis deſiderijs omnibus, vt cibi & potus, ac aliorum quæ penarium & culinã concernũt, carniſq́;, ſicuti propriam vxorẽ deſerere, alienas & ſolutas venari, &c. Qui autem in adulterio ſcortationibusq́; viuunt, brutales exiſtunt homines: hi licet ſpiritu Chriſti videãtur vti, nõ niſi per literã id faciũt: omnis enim expoſitio vera ſolùm ex Dei ſpiritu verboq́; ſuo procedere debet. Eſt ergo verbũ hoc, Si angelus venerit è cœlo, prædicaueritque vobis, &c. præſtantiſsimum ad iudicandum vtrùm ſpiritus in Euãgelio Chriſti maneãt, aut nõ. Chriſtus etiam loquitur, quòd in vno loco pernoctare nõ debeãt, perã neq; ſacculum ſecũ ferre, &c. præceptũ hoc quicunq; nõ obſeruauerit, ecce ſignũ ſignati: item admonet vt animaduertamus vtrùm ſigna faciãt, aut nõ: item vtrùm ſemper ad prædicandũ præparati ſint, vel nõ. Nam pſeudoſpiritus ad verbum Dei pronunciandum nõ ſemper aptus eſt, ſtudere quippe cogitur, & ex brutina ratione phãtaſias ꝓducere: veris autẽ præconibus verbi Dei datum

est in eadem hora quod loquantur, &c. quare quod his contrariatur, est omnino reijciendum. Astra tam in bonum quàm in malum auxilium præbent, sed in malum finem tantùm: qui studere conatur in scriptura Sacra, superat hoc studium eius rationem, quare mutuò cogitur ab astris accipere, quod quidem illi concedunt ad intelligentiam: & in malum econtrà, qui præliari cupit, rixari, trucidare, furari, committere vsuram, aut adulterium, ipsa pariter adiuuant: est tamē concessum matrimonium ad generationem tātùm, & ista concesio sanctificat illud: quicquid præter eius ordinem euenerit, Sodomiticum est. Talis est astrorum & societatum eorum erga nos comparatio, qualis in terrenis societatibus malis atque bonis, quibus adiungimur. Verùm nō ita cum spiritu hominis agitur, is varietatem societatum non admittit, præter vinculum in via virtutis vnicum: nil diuisum, aut sectariū, siquidem ex bruto, nō ex homine sectæ sunt, quòd etiam in Christo nullę sint: vnaquæque res ex suo fundamento sumi debet, vt societas vnica procedit ex Deo, cuius etiam præceptor solus esse debet. Itidē & medicinę fundamentum ex luce naturę depromi necessum est: si medicus extra eam quæsierit, auxilium ad rationē suá à cœlo petere cogetur: quoniā ex se nihil ipsa potest acuti percipere: cœlum exhibet illi mutuum, donec persuadeat, inde subtilem speculationem recipit: ista necnon illa

illa persuasio, principium sunt lunaticæ: iam in eum irruit cœlum, induratq; penitùs, vt sibi sua tantùm opinio placeat, neminem existimat, à nullo quantumuis doctiore se cupit erudiri, vel à falso proposito suo patitur amoueri: an iste non æquè demens est, ac ille qui vinctus detinetur? Non secus artifices & alchimistæ sunt mente capti, licet catenis ligati non teneantur: tátisper quieti donec illis nemo contradixerit, omniaq; sibi concedantur. Huiusmodi qualitates in gradibus maioribus & minoribus multæ reperiuntur: & quamuis isti sua dementia neminem lædant, ab insania tamen immunes non sunt magis quàm catenarij: nam quicunq; discunt ab astris, redduntur similes illis à quibus artem sugunt. Cœlum est vxor nostræ brutinæ rationis, omni quidem ornata sapientia & astutia, quibus Adamum Eua decepit: quas etiam à natura nobis agnatas in carne gerimus vnà cum intellectu brutino, pariter & mentiri, fallere, bonum atq; malũ operari. Si quis brutalem spiritum sequutus fuerit, mox inde suum ascendens accenditur in cœlo, quod inclinat, imprimit, influit, &c. non aliàs quàm Eua, quæ viro suo præbuit Adamo pomum in occasionem mortis: ita cœlum & nobis ansam eius exhibet, Adamum imprimit, qui sequutus vxorem, non sat iudicasse potuit quìnam sibi contigisset. Cœlum enim & homo sympathiam inter se habent, veluti vxor & maritus:

vxorem decet obedientem esse viro, si minus eueniat, iam sui iuris amplius non est Adam. Quicquid vlterius boni malique iuxta suam electioné operari voluerit homo, correspondentem reperit ascendentem: à natura quidem nullum habemus, at eum nobis assumimus ex arbitrio. Constat igitur ex his Astronomię & Astrologię falsitas, ac eorum qui natiuitatum iudicia faciunt, ascendentibusque hunc in vsum vtuntur: siquidem vt assumpta fuerint ascendentia, sic etiam existunt, &c. Verbi gratia, mercatores proximum & Dei præceptum negligentes, eò sibi selegerunt ascendens, quod in viam deceptionis ducit, hoc ipsum non ignorant: etenim rationem etiam habent vnà cum his quæ dicta sunt: nunquid igitur magis insaniũt quàm catenarij, qui ratione prorsum spoliati sunt? nihilominus eam habent solùm in potentia: verùm illi si possent non minus proximum iugularent ac ipsi qui catenis retinentur. Horum autẽ successuum iudicia solùm ex intellectu brutino deducuntur, id est, ascensus lucri, damniq; descensus, ex eo suam originem sortiti sunt: econtrà beati qui ambulant in vijs Domini. Conantur Astronomi quibusuis bonos malosq; successus mercatoribus vtpote, nec non artistis præsagire, qui si permanerent in semita viaq; Domini, pythones auguresque cœli tales id efficere non possent: quicunque iuxta brutum ambulat, astris & intellectu bru

tino

tino ducitur: qui verò iuxta Christum, comitem eum habet.

Particula quarta.

IN cura dementium primò considerandum est eorum ascendens morbi, tum in quem zodiaci planetam inciderint: vt si in auaritiæ sphęra fuerint, Saturnus vxor erit horum & ascendens, quapropter cura contra Saturnum aggredienda est: sic de reliquis planetis etiá, qui soli nedum perpendendi sunt, verùm etiam astrorum sub eis multa millia. Præseruatiuis hoc loco primùm vtendum erit, postea cura succedat ex sequenti canone, qui breuiter intellectum brutinum amouere docet: vti si quispiam in Euangelij doctrina quid adduxerit, vel ad fidê, signis à Christo datis probandus est prius: quòd si conformia sint, ne contradixeris: at si dissona signa forent, alieniq; fructus apparuerint, animaduertendum erit ab eis, in quam sphęram arbor eorum incidat, auaritiæ ne, superbiæ, belli, &c. nũ ex lupo, cane, vel porco nati sint, &c. Opportunè mox est per pręseruatiua resistendum, etsi angelicá habeat apparentiam, nisi fuerit ex Deo, signaq; produxerit à Christo consignata, doctrina Christi verborũ à falsis opinionibus eũ amouere coneris: si nõ audierit, dicito proximo: quem iterũ si non audiat, Ecclesiæ referto: cui si non obediuerit, eijciatur ab eo, sitq; tanquam ethnicus, &c. melius est enim quàm

vt vniuerſus populus ab eo ſeducatur. Etenim diabolus adeſt huius farinæ hominibus, auxiliatur, & incitat populum, vt illis credat ac ſeducatur. Quapropter ſuperioritas optimum eſt prę ſeruatiuum, ne tales in erroribus ſuis brutini homines innatantes ſubmergantur, & in poſterum adminiculo diaboli prorſus vt lapides indureſcant. Non ſine cauſa Chriſtus de falſis prophetis in Euangelio tam ſæpe loquitur, quare per populos & magiſtratus in eos animaduertere foret ęquum altius, quàm ego velut naturalis philoſophus hîc ſcripſerim: quod ſi non fecerint, aut quid eos facere deceat non intellexerint, eius ipſi rationem daturi ſunt. Non aliàs de reliquis intelligẽdum erit, videlicet bello, ſeditionibus, aleatorio ludo, fornicationibus, fœnerationibus, &c. Sunt enim fœneratores decem præceptorum Dei, dilectionis in proximum, & charitatis, &c. plurimùm admonẽdi, cum inperſcrutabilia ſint ea quæ vel ob eorum neglectum, aut incuriam oriuntur vitia, quęquo diabolus introducere ſeminareq; non poſſet in hominum corda, ſi Dei volũtatis aliàs memores forent. Itidem & cum pſeudoartiſtis, cacochimiſtis, &c. faciendum, ex quorum impoſturis multa naſcuntur enormia, veluti falſitates, deceptiones, trucidationes, furta, &c. in quibus quum admonitio, reprehenſioque non profecerint, optimum eſt magiſtratus præſeruatiuum. Quum tamen ob eorum quę

dicta

dicta ſunt antea defectum, aliqui iam eo vel alio vitio fuerint penitùs indurati, non aliud penes me remedij conſilium eſt, quàm ex bino proceſſu. Prior eſt, ſi cum perturbatione mentis aliquid rationis adeſſet: vti ſi conſul quiſpiam inconſultus artificium & officium exerceat, in arteq; mutuò ſumat plus quàm poſsit exoluere, ſi mercaturam, impoſturam agit, &c. cum eo procedatur vti ſuprà dictum eſt: ſi non iuuerit, vlterius agẽdum eſt, quod ſuprà, ſiquidem rationem habet, qua dijudicare poteſt iniuſtè ſe viuere: tamẽ caput hoc vnum obedire non vult, quare metuendum eſt etiam diabolos ibidem eſſe. Non immeritò præceptum eſt igitur orare ieiunareq;, licet hoc diuitibus obedire durum ſit, vti Chriſtus in Euangelio prophetauit illos bona ſua relinquere difficilimum eſſe, vel impoſsibile prorſus, quòd fermentati ſint: quamobrem præuenire tutius erit præſeruatiuis, antequàm ad huiuſmodi perueniant opes, flexibileſq; ſunt: aliàs Chriſto non obedirent, quanto minus eccleſiæ. Pariter & cum furibus induratis, prædonibusque procedendum erit: nam rationis & ipſi compotes exiſtunt, qua moueri poſſunt in conſcientia ſua: ſunt igitur optimè perquirendi monendiq; prius. Alter proceſſus in his obſeruandus eſt, qui rationis & conſcientiæ prorſus nihil habent, ab illiſq; parum diſtant, qui catenis reprimuntur, ideo pari cura qua Chriſtus ad obſeſſos à dæmoni-

bus docet, etiam ex pręcepto, quo proximum diligere debemus, huiuſcemodi bruta potius ad homines reducenda ſunt orationibus & ieiunio ſuis proprijs, ad quæ nos decet eos per Dei verbum adducere, nec non vnà cum ipſis orare, ieiunare, cogitareq́; nobis non minus imminere, niſi Deus à malo nos liberaret: eorum quoq; iuga nobis imponere, quoniam parum diſtant ab obſeſsis: hac via tales duntaxat ſanitatem poſtremò recuperare datum eſt deſuper. Nam aſtrorum vbi malitia multiplex ſæuire cœperit, homines obſidet, aliàs non quàm ſpiritus immundi: ſui creatoris obliuionem eis adfert, in idololatriam cogit, ac ea loqui ſolùm quæ docent aſtra. Contra maniacos aliosq́; multa ſunt remedia naturalia, quæ lunaticis prorſus nihil cōferunt: ideo quòd contra ſpiritus aſtrorum naturalia non agunt: verbi gratia qui per ſolis radios, tempeſtates & fulgura ſunt occęcati, naturalibus medicamentis viſum recuperare non poſſunt: at naturalis occęcatio natura curari poteſt. Quicquid malitiæ ſuperbiæq́; hæreat in aſtris aſsiduò, quas etiam euitare poſſumus, alijs libris & ſuo loco dicemus poſteà. Hæc & ſimilia non alia de cauſa ſcripſiſſe me putetis, quàm vt in homine brutina ratio non exiſtimetur vt lux hominis, at vtriuſq; diſcrimen fiat. Etenim Chriſtus ait ſuis Apoſtolis, Vos eſtis lux mundi, ſalq́; terræ, &c.

Ex

Ex libro de Generatione stultorum.

Prologus.

Mirum esse videtur Deum permittere hominē, qui est eius imago, propter quem etiā Christus passus est, &c. stultum & insipientē ita fieri, quòd beneficia Dei cognoscere non poſsit, ac ineptum ad omnia fore, quum cæterę tamen creaturæ sint immunes à stulticia: cuius causa maximè cognitu difficilis existit, quòd personarum non sit acceptor Deus, earū́q; respectum non habeat, filiusq; hominis pro omnibus vniuersaliter crucem ascenderit, ac mortuus sit, nihilominus stulti reperiuntur inter homines. Ea tamen quæ naturam cōcernunt, inuentu sunt facilia, quòd homo naturam superare valeat, pariter & ipsam inuestigare: ad quid autem res ipsę sint intelligere difficilimum: etenim quis natiuitatem impedire potest naturaliter, aut alterare? Quapropter incurabile quid est stulticia, quippe morbus non existit, nec habentur astra, minus herbæ reperiuntur, aut alia quibus fatui reddi sapientes valeant, neque per artes in his operari quicquam poterit vnquam, naturæ siquidem est impossibile: maximum arcanum fore deberet, quod eam impedire posset, verùm tale non est in rerum natura. Mysterium igitur admirandum in se continet hominum stulticia natiua, præsertim quòd nullæ

prorſum aliæ creaturæ ſtulteſcant præter hominem ipſum. Secludenda eſt igitur ab his medicinæ ratio, de qua tractatus etiam deficiet: in eis tantùm philoſophabimur, quę ſuccedunt, origine ſcilicet ſtultorum, & morum enarratione, quid ex iſtis colligi queat, ad quid ſint, & quî nulla ſit hominis apud Deum ſapientia, ſed mera ſtultitia naturali ſimilis: item niſi Chriſtus iuuerit, fatui quidem erimus omnes. Sunt itaque ſtulti fratres noſtri, nedum ſanguine, verũetiam iuxta rationem. Vnuſquiſque eſt apud Deum æquè nobilis ac alter, ſiquidem qui ſapiẽtem pariter & ſtultum liberauit ab inferis.

Tractatus primus.

HOmo creatus eſt ad imaginem Dei, vt in Ebron habitaret, quáobrem purum atq; ſincerum oportuit eum eſſe: licet etiam ex limbo ſumptus, qui limbus creaturarum omnium naturam in ſe continet, atque proprietates (cuius rei cauſa microcoſmus appellari debet:) ideo præſeruauit hominem Deus in puritate, ſic vt nihil emerſerit eorum quæ habuit à limbo, talemq; poſuit in paradiſum, quãuis multis inuolutũ, inſontẽ omniũ tamen: aliàs non, quàm virginem, quæ tam diu donec eam latuerit, qua via mulier effici queat, quidq; ſit inter ambas differentiæ, pura eſt & immaculata, quòd idipſum non intelligat:

ligat: idem Adamo contigit ac Euæ. nam paradisus Ebron erat locus in quo vani prorsus immundíue nihil accidere debuit. Verùm erat homo de limbo sumptus, & cum eius arcanis omnibus in paradisum positus, inde sumpsit Leuiathan occasionem homini reuelandi qualisnam esset: qui nisi de limbo suam originem habuisset, minimè potuisset ab illo seduci, cum in se non continuisset, quo data sibi rebellandi fuisset occasio. Cum ergo bonum atque malum ambo nostri primi parentes in se cōtinerēt, idipsum illis accidit, quod virgini potest insonti, quæ videt adolescentem, & eius amore capitur, in quem verò finem ignorat: adolescens autem proponit ea quorum est inscia, iam tentationibus huiusmodi boni maliq; conscia redditur. Pari modo fuerunt Adam & Eua seducti, libertatemque suam amiserunt, mundanique facti sunt, omnibus mundanis curis atq; solicitudinibus onusti, carereq; statim eo non potuerunt, quod resciuerant, sed vti potius coacti sunt, omnemq; mundi miseriam perceperunt, cœli planetarumq; suorum, &c. zodiacique duritiam signorum, & aliarum stellarum: item pulchritudinis in corpore corruptionem, infirmitates, prolium deformitates, immundiciam, discordiam, iracundiam, homicidia, furta, luxuriam, probitatis & æquitatis defectum & corruptelā: item cęcum surdūq; nasci, claudum, stultum, & monstruosum, in

ſine mori: quæ quidem omnia non prętereũt in finem vſq; ſæculi, quandoquidem natura mundi, natiuitatisq; noſtræ proprietates, nobis indies hæc & ſimilia ſimul intricata copioſiſsimè producunt admirãda certitudine: quę neminem fallat, nec à quopiam euitari vel deflecti poſsit. Omnia prædicta paradiſo contraria ſunt, in quo regio fuit omnes mundi regiones longè ſuperans, & ex qua mortis nec alterius eſt origo miſeriæ. Summopere miſereq; deplorandum eſt, hominem Dei perfectam imaginem amiſiſſe: quam ſi fortè credat eam adhuc poſsidere, longè fallitur, pauoniq; ſimilis effectus eſt pulcherrimo, qui pedum aſpectione ſuorum propriam agnoſcit miſeriam. Quiſnam ex veritate loqui poteſt nos adhuc in imagine Dei fore hîc in mundo? Dicere quidem poſſumus ſecũdum eam creatos eſſe nos, at ea ſpoliatos, & non adhuc ſumus. Nam qui Dei cupit imago fore, mori non debet, in mundo non eſſe, verùm paradiſo: ſcintilla quidem eius adhuc eſt reſidui, ſed omni circunducta miſeria, cum in imagine Dei nihil imperfecti ſit. Nos autem imperfectionem indies noſtrã à plagis experimur, quibus ſubiecti ſumus, iam vexamur à ſpiritu, nunc à Pigmeis, à Nymphis, à Fato, iam ab auguribus: nulla cœli ſtella ſecuros viuere nos patitur, nullam herbã edere, medicamentum nullum ſumere, nec hauſtum vini præter metũ & anxietatẽ. Item efficit miſera hæc vitæ mutatio,
vt

vt in dubio de prolibus nostris enascẽdis versemur, quid inde futurũ sit, an mola, monstrũ, stultus, fur, aut latro, &c. Quapropter indicabo latius, mundi proprietates huius fore, sapientem, stultam, probum, aut nequam, &c. nasci: quisq; suam tollat crucem in humeros, & sequatur Christum, vt ad locum perueniat in quo nos inuitauit. Apprimè notandum est fatuos à cœli fabris, magistris, vel eorum pueris discipulis esse conflatos: certum est perfectum artificem in arte sua nihil imperfecti facere, verùm ex discipulis fiunt artifices aliorumq; magistri, non prius tamen quàm fabricando sæpius & ipsi fabri fiant: quicquid initiantes faciunt parui momenti fore scitur, & risu dignũ. Homo autem seminat hominem, eum tamen non magis quàm rusticus seminans granum facit: Vulcanus hominem fabricat, non solus, at cum ipso pater, sicuti faber sculpens imaginem solus non, sed vnà cum ligno vel materia: quare lignum & artifex eam efficiunt. Verbi gratia, satum ligni semen crescit, quod hominis cõparetur semini sato crescentiq;: lignum cretum vt semen ad fabrum comparatur, iam incipit artificium, prout lignum fuerit imaginẽ fingit artifex, ergo structura huius in ligno consistit & in fabro, quæ simul ambo fabricant imaginem. Item homo lignum exhibet, sculpit hoc Vulcanus ipse: verùm in sculptura fatui nõ adfuit, sed in eius absentia discipuli destruxerunt imaginem:

hinc fit ſtultus imago deſtructa, maleq; proportionata, qualis etiam oculis apparet. Sed vt ad Vulcanum ipſum veniamus, quid in rerum natura quod non renouetur? quis ignis qui fixus maneat in eodem ſtatu? quidnam aſcenſum deſcenſumq; non admittit? porrò viciſsitudo rerum eſt omnium, ac à ſua iuuentute tranſeunt in ſenectutem, à qua rurſum redeunt ad priorem: eius exemplum à ruſticis etiã videtur indies ex luna, quæ iuuenis exiſtẽs creſcit in cõpletam ætatem, à qua deficiens paulatimq; ſeneſcens moritur, & ad ſolem ſe conferens, nouam iuuenemq; lunam iterum parit, &c. iuuentutis eius à ſua ſenectute maximum eſt diſcrimen, tam in potentia, quàm impreſsionibus, qualitatibus & natura: non aliàs ipſe Vulcanus iuuenis fit, addiſcit, iterum ſeneſcit indies, melior perfectiorq; redditur. Simili mũdus ordine cõpoſitus eſt (non ſui tamẽ homo compos vt alia, cum iuuẽtutem recuperare non poſsit in hac vita, maioremq; ſui poteſtatem quàm lignum fabrefactum non habeat) vt ſui quibuſcunque regionibus Vulcani ſint, ædibus, euentibus, temporibus, & quibuſuis alijs rebus, quod arduum ſcituq; dignum exiſtit. Harum ego Vulcanicarum facultatũ explicationem, vbi de firmamento ſcribam, vobis daturus ſum: quandoquidem variæ ſunt, & varia ſtultorum genera: præſertim quòd eorum fabri diſcipuli tam ſæpe deſtruant opera ſua, numerusq;

merusque maximus existat, ac inter eos magistri paucissimi, quorum vix manus euadere licet absque stulticia: tum etiam quòd veri perfectiq; parum viuant, & in artis gradu perfectiori moriantur: inde fit vt semper noui magistri iuuenesque surgant, à quibus infiniti fatui fabricantur: nam eorum breuior est quàm lunæ renouatio. Multi sunt Vulcani, non vnus tantùm, quorum quilibet peculiarem habet malleum, propriamque sibi sculpit imaginem, vt alijs nulla similis existat, indeque tanta hominum varietas atque differentia nascitur.

Ex his etiam varia prodeunt hominum ingenia, quod ex præcedentibus sequitur: nam quæ similes formas dare non possunt, nec similes animos, qui tot sunt, atque formæ diuersæ. Stultorum itaque natura prorsum inperscrutabilis existit, id est eorum ascendens, & natiuitas, quapropter Astronomiæ certitudo nulla est. Nam qui fatuos diffinire minimè norunt, multo minus & sapientes, aut ea quæ successura sunt eis: quòd erronea nimis Vulcania sit, ac admirandorum artifex incognita, cuius etiam magistros fabros, vel eorũ discipulos qui nascuntur indies in hunc vsque punctũ addiscere noscereue nunquam potuerunt augures. Quî poterit igitur astrologus ex veritate loqui, talis erit hic aut ille, si penes Vulcanum ad fusinam & incudem non sederit, animaduerteritq; formas omnibus

& singulis indendas? qui penes artificium aliquod nũquam fuit, præter mendacium asseuerare nihil potest in illo: quod quidem certis (vt aiunt) artibus indecorum est. Non aliàs quàm seminans suum frigori, calori, vento, &c. semen committere, Deoq; totum eius augmentum relinquere cogitur, homo quid ex suo successurum est expectare. Verùm si mãsissemus in paradiso, quisq; perfectũ opus obtinuisset: iá sustinendũ est cũ patiẽtia quicquid eueniat, laudareq; Deum, quia sic voluit inprimis oportet. Cum igitur officina fabrilis hęc valde magna sit, fabrorũq; discẽtium infinitus numerus in ea, paucos manus istorũ euadere sine defectu quopiá accidit: pleriq; tñ ab his mediocriter elaborati recedũt, quádoquidẽ vnus altero discipulus doctior euasit, indiesq; fiunt eorũ nõnulli reliquis aptiores ad magisterium, & recentes adhuc magistri sunt, quibus omnibus nec vaccæ, neq; vituli, nec alia quæuis animalia subijciuntur: solus homo ludibrio fit propter istos, subticereque debet. Et quamuis fatui plærunq; strumosi videantur, nihilominus & alijs hoc vitij nonnunquam accidere solet, ex aquis mineralibus propria natura strumas procreantibus, eis potissimùm regionibus ac locis, in quibus huiusmodi constellationes plurimum vigent: id etiam vnum eorum est, quòd imaginem Dei nobis inuidet. Christus imaginem Dei tulit, verũ nullis defectibus obnoxiam:
nos

nos autem habemus imaginem in qua brutorum omniũ natura sanguis & caro simul conueniunt, quum in ea brutum sinimus dominari, in quòd etiam Vulcani suum dominium habent, & cui si subiectum inciderit, internus homo deformatur: in seipso non, sed instrumentum quod obedire debuit illi, quoq; debuerat is in suam vtilitatem vti: quapropter hoc in stultum euadit, non ille, &c. Non est igitur brutinũ corpus veri hominis internum opus, at cœli, necnon eius fabricæ: nam corruptioni quæquæ sunt obnoxia, sic & homo post lapsum: qua de re Vulcani fabricant ac formant eum suo modo, hunc isto, vel illum alio quocunq; volũt, aut norunt potius: quod nisi palam foret omnium oculis, nemo crederet. Hac ratione potissimùm sapiens à stulto discerni potest, quòd iste suo non, at ille suo dominatur instrumento, nihilominus vterq; suum internũ & perfectũ hominem habet, qui nullo deformari modo potest: verùm ob intellectus penuriam falsò creditur in stultis internus homo corruptus ab his, qui non considerant in paradiso brutinum corpus vt purum & clarum instrumentum ante lapsum fuisse, quo sine tale mãsisset: non quòd existimetur corpus hoc brutinum ab imagine Dei defecisse, verùm internum hominem ipsum: nam inter hominem rectum & curuum, nulla similitudo est. Item inter stultum & insanum est hoc discriminis, vt stulti initium as-

trorum ob eius debilitatem imperfectum sint opus: insani verò brutalis rationis ex superfluitate nati sint: siquidem vbi corpus brutinum dominatur, ibidem & ascendentia dominiū habēt. Non eo modo cum ipsis vti cum equo vel cane, qui sui iuris minimè sunt, euenit: horū enim cōstellationes domini possunt impedire, nō suas fatuus: quādoquidē fracto quid instrumento potest artifex exequi? De stultorum tamē moribus vt loquamur, duplicē eos cōstellationem in his habere notādum est, vnam quæ fatuos, alteram quæ sapientes corripit: corporis habitus, (siquidē vnà cum ratione fabrefactus est sapiens) eò dirigūtur, vt quum vino correptus brutalia sua patefaciat, iuxta suę fabricationis errorem: etenim ebrius brutum existit, non homo. Non bibit homo verus, at Vulcanus potū exhibet, quo quidem in vtero matris inebriamur omnes: perdimur nos, fatui soli non, ideo stolidi permanēt, vinumq; fixum bibūt. Veluti satum & vegetans omne petit humidū, quo nutriatur: eaq; duplex est humiditas, vna matris, quę naturalis est ex terra: cœli quidem altera naturalis etiam. Verùm ex astris per humidū hoc elementum vegetat omne quod creatum est, quoad extra terram emineat. Frugibus pluuia conuenit, ros floribus, nebula folijs, pluuiaq; fructibus, cuiq; nāq; suum: quòd florū humor pluuia non existat, ros autem: qui rursus foliorum non, at istorum nebula humor est, &c.

eſt, &c. Quodq; proprium humorem habet, ſi flos eius aruerit, roris defectu ſui factum eſſe putes: non ſecus vnicuiq; ſua quæ conuenit innata conſtellatio cœli naturaliter ineſt. Pariter & hominem hęc ipſa membris omnibus continere certũ eſt, oculis, oſsibus proprijs, cute, medullis, &c. nec vno ſolùm humore, ſed omnibus imbutum fore. Sequitur inde cœlum humorem ſuum influere proprium, qui ſiderale vinum eſt, quoq; cerebrum humectatur & ſuſtentatur. Si tamen hoc in ſtultum cerebrum euaſerit vinumq;, hoc nõ abſumetur, nec homo, ſed vinum illud operabitur: qd' ſi fortaſsis digeratur ex ſui proprietate, ſuos geſtus hic homo proferet, cõcipietq; vertiginẽ, ac ſi cadere vellet in terram. In his Lectorem ad libros, quibus generationis hominum & rerum philoſophia tractatur, vlterius eſſe remittendum iudico: nam quæ deſiderantur hoc loco, latius ibidem explicãtur. Ad alteram ſtulti naturam & proprietatem nunc veniamus, quam ſupra ſapientiam occultã in eo fore diximus: hæc non aliàs ipſam ſe prodit in lucem, quàm lumen per corneam laternæ laminam, aut per nebulam, id eſt, obſcurè: ſic etiam per ſtultum caput lucet iſtorum lux à ſapientibus non aſpernanda viris, vt ſequitur. Verus homo quiuis eſt ſpiritus, hoc eſt, ſpirituum inſtar omnia nouit, ni forſitan impediatur aliqua brutini corporis parte: non ceſſat hic ſtultum aſsiduò tentare cor

pus, periculum faciens vtrùm aliquid per stultum edere valeat: aliquoties euenit vt per huiusmodi tentationem in horam aut constellationem incidat spiritus inopinatam, qua stultus loquitur, non ex stulto quidem, sed quia stultus existit, irridetur, eiusque sermo quòd ineptè prorumpat nihili fit, nec putatur aliud in eo latére, tanquam eius corpus & spiritus vnum stultum efficerent: verbo Christi per hoc spreto immemores, præcipienteq; vt fratri non dicamus, Fatue: propter internum hominem, qui quidē immunis est ab omni stultitia, solùm hoc ei deest, quòd in suum corpus vt optaret, dominium non habet, ob impedimenta quæ non sinunt eum hominibus sapere. Longè plus etiam stulti sapientiæ produnt quàm sapientes, quandoquidem sapientia progreditur ex immortali homine, seq; manifestam facit in brutali sapientū corpore, quū ratione sua hoc ipsum vtitur: quapropter hominē verum impedit, in cuius locum brutinum intrudit, quòd cupiat brutinū corpus magis fore sapientem vero corpore. Iam in sapiente velata est sapientia Dei, lupinaque, seu vulpina huic inest astutia, potius quàm sapientia dici debeat, qua stulto longè debilior efficitur, ipsum se spōte sua debilem reddens. Verùm stultus ipse tantam nō habet rationis brutinæ promptitudinem (cum ea destituatur) vt ea repetere lingua valeat, quæ loquitur internus in ipso, q̃ similis est ebrio,

ſic vt internus homo iam in brutinum corpus dominium habens, quieſcereq́; cogit. E-contrà ſapientis brutum non quieſcit ratione ſua, per quam loquitur omne quod voluerit, ſeu ex vero corpore proueniat, ſeu ex brutino: quod porrò ſapienti ſit in exemplum, vt quum ex Deo veraq́; loqui volet, ſuæ rationis corpus debilitet quiete nullis phataſus interrupta, ſic fieri poteſt, aliàs non, vt impedimento, ſine veritas exeat. Prophetas animaduertamus, quos Deus peculiariter elegit: eorum enim corpus brutinum ſtupefecit, omninoq́; ſtolidum reddidit, quo factum eſt, vt vero ſpiritui nihil obſtiterit: quamobrem etiam vt ſimplices exiſtimati fuerunt ab hominibus, & ob eorũ ſimplicitatẽ ſpreti: cum tamen omnium ſapientiſsimi ſint, ac Deo proximi qui ambulant in ſimplicitate: quoniam in iſtis homo verus, cuius eſt officium loqui, nullũ obſtaculum habet. Quapropter Prophetæ, &c. loquelæ, doctores, &c. tanquã ebrii proruperunt, non obſeruantes Rhetorices ordinem, quo brutinũ corpus vtitur, quique facilè percipitur. Per ſtultos & ſimplices homines, cùm geſtibus, tum ſermone maxima prophetizata ſunt: nam ſpiritus in homine certa veraq́; norunt, quę etiam proferunt, vbi nõ obſtat brutum, ſiquidem à natura non eſt agnatus homini ſpiritus, verùm à Deo datus in ornamentum: & licet nõ exiſtimetur à multis multa prognoſtica fiunt ex eo funda-

mento, verissimaq;. Etenim spiritus in homine tanta celeritas est, vt atq; in mentem quid venerit, arripiendum sit, aliàs retrograditur, propter brutinum spiritum irruentem, qui huic formam conatur adijcere: quæ quidem additio mendacium est, & veritatis sophisticatio. Est igitur omnis rerum speculatio, consideratioq; spiritus brutini ratio, nõ hominis veri, quocunq; modo, siue bene, siue malè cesserit. Inde colligi potest animaduersiones ad fatuos intentas vtiq; non inutiles fore, præsertim ad hos qui non vexantur ab hominibus, vel à pueris: quippe vexationibus corrumpuntur, & à sua simplicitate retrahuntur ad astutiam fatuorum gestuũ, quibus ducuntur in phantasias, & eorum verus spiritus impeditur. Principibus laudi vertẽdum est, qui suis in aulis prohibent stultos irritari, vel simplices homines, verùm in suis quos à natura gestus habent, relinqui volunt, eosq; summa diligentia notari perpendiq; iubent. Notandum vlterius est, cœlum assiduò stultos agitare, quod indicium præbet eo nos etiam subijci, tum vnumquemq; hominem internum excludentem, à cœlo circunduci tanquam fatuum. Cœlum nobiscum ludit, ac vti fatui sapientia est erga cœlum, ita nostra sapientia brutina coram Dei sapientia, quã nobis Deus dedit: non quòd nobiscũ vti cum fatuo Deus ludat, sed quòd ad alteram, vnius sapientiæ comparatio talis existat. Talis etiã est sapientia

tia

tia noſtra, quam tantopere nos exiſtimamus, quaq; multa conamur exequi, vt non mereatur aliquam eius mentionẽ ſcriptis fieri: nec aliàs quàm ob hanc nos irridet fatuus, & vera ſapientia meritò brutinam ſapientiam habet ludibrio. Non fruſtra nobis igitur adſunt fatui, ſed immeritò ſpernimus eos atque vexamus: equidem filijs noſtris potius hoc ipſo facimus iniuriam, quòd incerti ſimus an ſtulti vel mentis compotes futuri ſint. Eo nos præcellunt, quòd verum ſequâtur hominem, nos verò non niſi brutum imitamur: ideo citius nobis indubiè regnum Dei videbunt, ſiquidem in ſpiritu proximiores exiſtunt. Non quòd nos æquè ac ipſi propinqui fieri non poſsimus: at quia violentia quadam brutinæ ſapientiæ noſtræ, iudicij, regiminisq;, verum ac iuſtum à nobis repellamus, vt ſtultos natos fuiſſe nos præſtitiſſet. Exemplo nobis igitur ſint, quo diſcamus internum hominem loqui permittere, illumq; ſuis in operationibus tacitis non prohibere: ſic fiet vt nõ cupiamus ab intellectu brutino hominis externi loquelam, artem & ſapientiam addiſcere, ſed à proprio internoq; ſpiritu: nam ab alijs brutum ſolum noſtrum, & literam duntaxat perdiſcere poteſt. Quapropter operam nauare decet, ne brutinum corpus inſtrumentum ſit, nec ſibi ſoli tantùm vtile, néue ſeipſum loco Dei ſpiritus exiſtimet: quod fecit Lucifer, ea de cauſa de paradiſo deiectus. De morte ſtultorum

vt loquamur, ſtatim ac eos hæc arripit, rece-
dit ab eis omne quod ſtultum eſt, prius, mites
fiunt, quieti contriſtantur, & ab hoc mundo
receſſum intelligũt: nam atq; mors irruit, cœ-
lo fit præſtantior, ideo recedunt impreſsio-
nes omnes ab eo, conſtellationes: omnia ter-
ret in homine mors, quo momento fugiunt,
relicto ſolo, puroq; homine in ſua complexio
ne, quam nemo videt, neq; percipit: in ea ſei-
pſum homo cognoſcit, & quia ſimpliciter de-
cedit, paucam intellectus ſui brutini rationẽ
reddere cogitur: at vti natus eſt ſtultus, ſic e-
tiam ſpiritus eius ad eũ reuertitur, à quo pro-
ceſsit, morsq; ſeparat illa duo corpora: primò
brutinum intellectum, poſtea humanum, tam
diu proſequitur opus hoc, donec brutinum
occiderit, hominemq; ſub Chriſti crucẽ per-
duxerit, ibidem vt maneat in diem vſq; reſur-
rectionis. Tunc videbimus quidnã ludibrio
nobis fuerit, irriſionesq; cuique ſuæ peſsim è
cedent, ſiquidem fatuum appellaſſe fratrẽ nõ
debuimus, ignotum eſt nobis quid ipſi nos e-
xiſtamus. Horum ſolus Deus eſt iudex, qui
nouit omnia: etſi naturæ quis error adfuerit,
anima prorſus immunis eſt ab errore, cuius
reſpectũ habuiſſe nos oportuit. Sumamus in
exemplũ, ſi q̃s dorſo natus incuruato, facieq;
deorſum inclinata fuerit, vt in cœlum ſuſpice
re nequeat, alterque rectus currere liberrimè
poſsit, alio claudicante: quum in alium mun-
dum venerimus, quis membrorum ſuorum
impos

impos erit ex istis? porrò nullus, pariformiter nemo fatuus: non debemus igitur alter alterius imperfectiones à natura cōtractas imitando ridere: præsertim quòd peccati causa factum sit, vt naturales defectus accidant, sub quod per Adamum & Euam, primos parētes nostros, excepto nomine, præter Christum concludamur omnes. Non est ergò quod inter nos vitio laudíue, damno vel commodo verti possit, aut debeat.

Fragmentum libri de Homunculis.

DVplici ratione considerandus est homo, non quia persona duplex vti vir & fœmina, qui tantùm vnum hominem ambo constituunt, verùm quia brutum est & homo, id est, brutinam aut humanam vitam agere potest: vti viuit, etiam id existit, si brutaliter, brutum hoc quod imitatur: non comparatione solū, ac si dicatur, Ille viuit vt canis, verùm actu canis est, lupus, &c. Quod licet præcedentibus libris enarrauerim, hoc tamē loco deducam ad generationem, vtpote, si homo brutaliter vixerit, brutum extra diuinum ordinem, quomodo sicut homūculos & monstra generet hic Liber explicabit. Quod etiam diuersimodè, palàm & sæpissimè contingit, oculariterq; visum est, hominem esse posse canem, &c. quod quidem nisi foret, quis hominem brutum appellare præsumeret? aut aliud quā ei ꝓpriū nomē hominis attribuere, quo

corpus & animam idem in ipso fore debere significatur. Quum tamen diuisus atque duplex in vnica fore cute reperitur, successus vnus videlicet, ac non successus alter & vterque sui simile generat, meritò distinguendus est. Alterutrum nasci potest, sed non destingui semper vtrunq; : nam vbi successum natū fuerit, nascitur & cum eo non successum: non econtrà tamen, quum non successum natiuitatem possederit, successum haudquaquam nascitur. Non successum agnasci potest animæ: verumenimuero successum duplex etiā remanet cum non successo. Hominem integrum vtrunque successum & non successum constituunt, sed nō aliàs quàm granum adulterinum puluerem inutilem, & non farinam continés, non successum existit: contrà nux, cuius cortex solido nucleo plenus est, naturę successum est opus: at vbi vacuus vel cauernosus fuerit, monstrum est alteri comparatū, licet ex eadem arbore producantur ambæ: sic & nos ab Adamo generati sumus omnes, at non æqualiter apti, nec idonei. Latius de semine hominis homo nascitur, & brutum ex semine bruti: verùm quòd homo sit vnus tantùm specie, semē etiam non variatum habet: brutum autem quia diuersum, varia sunt eius pro specierum brutinarum diuersitate semina: quapropter in hominibus tot bruta lupum hunc, serpētem illum &c. faciunt. Priusquàm id assumamus, exemplum ab ouo notandum

tandum eſt, hoc ſui pulli ſemen exiſtit, at magis quàm iſtud ſemen continet, omne tamen quod ſub eodem cortice latet, vnum ſemen eſt, prout albumen vnum, & vitellum etiam vnum: ambo verò ſemina, vel eorum alterutrum cœli minimè ſemen eſt, quod iſtud granum ſit, ex quo ſimul & ex ouo pullus naſcitur, qui præter integritatem oui non generatur: ſimiliter abſque dicto grano poteſt ex vitello quid naſci, baſiliſcus nempe mas, & ex albumine fœmina baſiliſci: quamuis propriè non naſcantur, ſed producuntur potius, eſtq́; hac de cauſa diſcrimen inter vtráq; ſpeciem. Quod iam de ouo dictum eſt, de ſemine hominis intelligi poteſt, vtpote granum hoc in ſe cōtinere, magis etiam quàm granum iſtud, ex quo quidem grano generatur homo pollēs anima, ſed ex alio monſtra producuntur, & homunculi: nam vbi granum integrum non fuerit vti granum, ibidem transformatū quid efficitur, & mixtum in integro ſpermate generatum monſtrum: ſiquidem granum emortuum eſt, nihilq́; remanſit ex quo poſſet homo generar , ſed ſperma nudum, & hominis vero ſemine carēs, in quod alia ſpermata iam dominium habent. Quum in ouo granum antea dictum non fuerit, cōfuſum eſt in eo ſperma totum, & in vnum granum redactum, non pulli, ſed baſiliſci: quare ſic eua neſcit hominis ſemen in ſpermate, quod iam humanum ſemen non exiſtit, ſed gallinaceum, quod etiam

operatur, & in iſta generatione requiritur v-
trunq;: nam in ſpermate ſemen coquitur, ſine
quo digeri non poteſt. Hac ratione quidem
ex ipſo ſpermate transfertur in granum for-
ma brutina quæ eſt in homine, naſciturq́; ſi-
mul vnà cum grano: ſi tamen hominis gra-
num vti granũ ibidem non adſit, generatioq́;
progreſſum habeat, brutinum corpus domi-
nabitur, indeq́; ſequetur quicquid in ſe bruti
ſimile ſperma continuerit. Quapropter mon-
ſtra formam acquirunt humanam iuxta grani
commixtionem huiuſmodi, ſi modicè modi-
cam, ſi multum & multam, &c. Nulla tamen
inditur anima quum granum integrum non
eſt, ſpermaq́; non attraxit in ſuum corpus: v-
trum eorum tunc ſuperat, etiam dominatur,
ſuumque producit. Sequitur ex his vlterius
hominis ſemen à bruti ſemine diſtinctum eſ-
ſentia fore, non forma, ſed vti mas & fœmina
caro ſunt vna tantùm, & non duæ, ſic etiam
hoc loco videtur vna forma ſolùm, ſpermata
verò duo: ſiquidem continẽs arcana, cui qui-
dem ineſt influentia, nihil ibi reſtante corru-
ptibilitate poſt reſurrectionem remanet: hoc
ipſum peculiare ſuum corpus habet. Differen
tia talis obſeruanda eſt, aliàs integra philoſo-
phia permanere non poteſt: quæ quidem ſe-
parari minimè debet, verùm diſtingui ſo-
lummodo, prout in plurimis docet expe-
rientia.

Cum igitur homo duplicem in origine ſuà
ratio-

rationem habeat, meritò nobis accuratissimeque distinguendus erit: hoc igitur loco partem alteram præteriens, brutinam generationem tractaturus sum: hæc breuiter sic intelligenda est. Fluxus brutini spermatis binæ viæ reperiuntur: vna, quæ personam concernit vnicam, eaque duplex: altera, quum vtraque persona simul non successum hominem generat. Rursus vna est extrinseca, secunda quidem interna: hoc est, extra corpus, & in corpore: nam est adhuc vnum ex compositione corpus, id est, ex mixtionibus industria factis. Quæ quum explicata puncta fuerint, manifestò patebit quidnam ad animæ receptionem idoneum aut ineptum fuerit, quid monstrum, & quid homo sit aut non, vbi talia nata fuerint, naturali modo produci nobis existimandum est, etsi diuersum à homine forma quid sit, idem & hominem fore: quod quidem ex huiusmodi generationibus demonstratur, quibus Deus propriam nostram imaginem referri sinit, vt cognoscamus quidnam simus; quum ipse manũ suam à nobis aufert, Adeq; generationem. Confert etiam ad hæc plurimùm imaginatio: quî tamen à semine discernenda sit, etiam explicabitur. Certum est obiectum immutare maximè, sicut eodẽ libro describitur: nam id etiam cognitu necessariũ est, ne fiat error, vnũq; pro alio iudicetur, sed suo quodq; loco dirigatur. Apprimè sunt hæc nobis cõsiderãda cur eue-

niant, aliasq; non existimandum est, quàm in cognitionem nostri ipsius ea signa Deum nobis proponere, tum vanitatis & malitiæ nostræ, per quas naturalibus abutimur diuersimode. Non sine iusta causa funditùs perijt Sodoma cum cæteris: nam homo generare debet hominem, & non brutum: quare qui Sodomiticum peccatum considerat, ac eius fœditatem enormem, huius etiam generationis monstruosæ causam & fundamentum inueniet. Iam vt ea latius intelligantur, sciendum est, duas priores vias vtpote simplicem atque duplicem bifariam progredi, scilicet extrinsecus & intrinsecus. Quiuis in quo luxus exaltatur, ipsum se polluit, id est, emittit foras cadereq; permittit, aut in eo remanet. Eiecti prius tractationem aggrediemur, & retenti postea, qui posterior intus manet, mortuus etiam ac si foret eiectus: nam atque sperma generatū est, si non dimittatur vt oportet, adest mox putrefactio, siue sit expulsum, siue non. Quum ipsum per mulieris aut viri luxum exciderit, vel quocunq; modo iuxta suam exaltationem profluxerit, in terræ digestionem cadens, fit semen alicuius producti: si tamen exiccetur, perit, at non omnino, quia licet aridum existat, si postmodum in terræ digestiuum aliquando venerit, inde producetur aliquid secundum influentiam, qualecunq; fuerit: nam influentia & semen generant ac formant omnia. Nunc quid sit digestiuum cogno-

gnoſcendum eſt: vtpote vis terræ digeſtiua: nō eius quam calcamus tantùm, ſiquidem iſta nucum & pyrorum, &c. terra eſt, & mulieris matrix humani terra ſeminis: ſed etiam putrefactio calida rerum terra ſimilium exiſtit, quarum terrarum eſt infinitus numerus. Inde ſequitur quum tale ſperma vētrem equinum huiuſmodi nactum fuerit, ac in digeſtiuum ſuæ terræ deductum, & cum iſto concordarit, in brutinam tranſire generationem eiuſdem formationis, cuius naturá habet ac proprietatem. Notandum igitur, id non eſſe hominem, ſit quodcunq; voluerit: nam in ſola muliere naſcitur proles hominis homo, vel animatur, & extra eam non: quandoquidem vnum ſunt mulier & homo, quorum etiá luta fiunt vnum in hora conceptionis vtriuſque. Exempli gratia, non poteſt nigrum in iſtis nigrifieri, vel ex iſtis, vtpote vitriolo & gallis, niſi per coniunctioné eorum in aqua factam: eſt enim aqua matricis inſtar, maſculi vitriolum, & fœminæ gallæ ſimilitudinem hoc loco referunt, quæ tria ſimul poſtquam in vnum conueniunt, nigrum naſcitur, & non prius: idipſum & de homine fieri neceſſum eſt. Singula quæ de ſpermate hoc dici poſſent, latius apertiusq; deſcribere, quînam ea quæ diximus ac alia multa ponantur in digeſtiua, non eſt opus: tantùm hoc intelligendum eſt, quoties pollutum ſperma ſuam digeſtionem aut terram arripit, abſq; monſtro non erumpere,

non solùm vno modo, verùm diuersimodè: quod quidem virorũ atq; mulierum honoris gratia subticemus. Nec ea quæ suprà nisi ad mõstrorum originẽ declarandam scripsimus. Super petrã fundauit Christus Ecclesiã suam, id est super electos, non super aliam virginem ponet eam, quia reliquæ fideles non sunt, at mobiliores arundine: quapropter Christus alias virgines quàm elegit non cupit, quia sunt inconstantes. Quum autem homines proprijs viribus castitatem seruare conãtur, castrandi sunt, aut ipsi sese castrare debẽt, hoc est fontem ipsum vnde scaturiunt libidinosa, prorsus exiccare, quod bene fieri potest, quia præcepit Deus: non repressione per ventriculum aut hepar, sed extirpatione penitùs à corpore: mulieribus id negatum est, ideo viris commendatæ, ni fortè natæ sint eunuchę, vel Deus dederit illis donum castitatis: non iuxta suam simulationem, quoniam istis virginibus antiquæ Sodoma, Gomorrhaq; ciuitates completæ sunt pro media parte: reliqua medietas est meretricum & nebulonum. De spermate intrinsecus remanẽtę sciendum est, illud etiam fore mortuum, hoc est non in propria virtute permanens. Nonnũquam in mulieribus oritur luxus qui non effluit, sed instar vrinæ fluxum sistit: si hoc sperma non habuerit exitum, in sua terra manet, ac in matrice quę verus est locus, digeritur: & quia non est verum semen, oritur ex eo mola mor-
bus,

tumetque venter ac si grauidus foret, cum non sit, at solùm proprio spermate prægnás. Quapropter ibidem fit monstrum exitus tempus certum non habens, & Sodomitica generatio quædam accumulata, cuius formam hoc loco describere minimè decet: si tamen huiusmodi luxus habuerit exitum, nulla mola generatur. Similiter in viris aliquando sperma generatur & non profluit, sed retentum est: velut vrina plerunq; fluere desinit, inde nascitur hernia carnosa, quæ generatur ex huiusmodi retento spermate calore proprio: humanum quid non secundum naturam, sed ex substantia prolis quæ potuit ex huiusmodi spermate generari, concretum est. Ex Sodomitico scelere luxúue sparsum in terram semen colligi potest, &c. (quæ declarare nefas) & iuxta receptionem emergit: si matrix recipiat, inde quid nascitur, si non, corrumpitur, & in sui resolutionem perit: nam quicquid seminis à matrice non recipitur naturaliter, ad monstri generationem est procliue: pariter illud quod aëri fuit expositum etsi postmodum indatur, non est amplius verum semen, sed materia homunculi.

Reperiuntur etiam in eiectis hominum animantia varia propter Sodomitarum nequitiam, quos Paulus masculorum concubitores vocat, & contra quos acriter scribit. Si non purgaretur eorum aluus indies, tam horrẽda mundo producerentur mõstra,

qualia vix imaginari nemo valeat. Si tamen egesta similium in calidam alicubi digestionem ceciderint, quod accidere potest, non præter monstri productionem fiet. Visu est aliquando lampadum instar lumina quædam in secessuum cloacis esse producta, propter quæ putarunt nõnulli spiritus aut animas hominum ibidẽ existere, vel à Sodomitis in eorum peccati manifestationẽ prouenisse, quod non est, in ea loca nullum semẽ inectum fuit, sed iam nata proles à meretricibus puerperis, ne peccatum earum palàm fiat: huiusmodi sanguis infantum vindictam ad Deum clamat, sicuti cadauer hominis iugulati sepultum & contectum præsente iugulatore sanguinem emittit, qui terram ipsam penetrat: non aliàs apparent ista lumina, quòd in simili fimo sanguis videri nequeat infantis. Sed vt ad Sodomitas redeamus, varij sunt istorum nefandorum hominum imò brutorum potius abusus contra naturam, propter dedecus & nefarium opus clarius non detegendi. Sed quæ breuibus hactenus perstrinximus, intelligentibus sufficiant ad ea quæ viderint extra naturæ verum ordinem producta Sodomitica dijudicanda, vti sunt homunculorum tam varia genera, quæ vix describi queant: ea tanquam ignem fugiant, ac in posterum inter veras & falsas virgines discrimen facere possint. Antea dixi mulieres imaginationibus etiam partus suos inficere posse, vt aliud quàm decet,

decet, proferant: quocunque modo fiat, non succeſſum quid fore certum eſt, non tamen anima carens, quamuis earum imaginationes peſsimæ fuerint. Solent etiam nonnullæ bruta in viri locum ſubſtituere, quo fiat vt particularia monſtra naſcantur in eorundem brutorum forma: ſic & viri forma non, ſed brutales homines aliqui vice verſa facere non pertimeſcunt, de quibus pauca ſcribere decet: ſolũ hoc, monſtra videlicet eſſe præſagia quædam & producta Sodomitica, nõ homines, & nõ bruta, ſed hominum aſpectibus horrenda ſpectra: quę quum videris opus Sodomiticum eſſe iudicato. Si fortaſsis per os, aut in ſtomachum cadat, in eo tanquã in matrice producit homunculum, aut monſtrum, vel ſimile quidpiam, ex quo variæ prorumpunt infirmitates, donec ſuo tempore fuerit eiectum: idem eſt, ac ſi quis ranarum cruorem bibiſſet, ac in eius ventriculo ranæ producerentur: quod facilè fieri poteſt, niſi per naturam obueniatur, in conſumptionemque tranſeãt. Hactenus de Sodomiticis productis ſcripſimus intelligenti philoſophoq;, vt in vero naturali permaneant ordine, ſimplices etiam homines id ipſum doceant, ne ſemine ſuo in vanum abutantur, aut in terram, vel in alium quàm decet locum effundãt: quod etſi primarij homines, docti, vel potentes faciant, picis ardentis aſperſione digni ſunt. Quapropter omnibus matrimonium licitum fore de-

bet, nec inhibendum alicui, nisi quis seipsum castrare velit, certeque satis constet, eum esse talem, vti se profitetur: ad euitandum ea scelera, quæ dicta sunt. Nam profectò nisi Deus adhuc in quibusdam foret locis, etiam in illis, in quibus Loth nullus reperitur (quo maximè patet eius misericordia) fieri non posset, quin idem in illis quod in Sodoma & Gomorrha factum est, supplicium indies sumeretur: verùm tanto magis in die iudicij futurum. Euersio Sodomæ & Gomorrhæ fuit exemplum & ocularis figura, vt ea scelera non irrumperent in Testamentum nouum: quum tamen iam introducta sint, illaque tam seuerè Deus puniat, verendum est ne hos etiam funditùs euertat, qui Deum non metuunt. Vxoris igitur & prolium est habenda cura, suntque vel ad matrimonium educandæ, vel ad castitatem voluntaria castratione diuinitùs roborata factam, vt sentina malorum & horrendorum scelerum istorum exhauriatur: aliàs homo cæcus est, infirmus, spiritus ipse sceler, phantasiæ fortes, obiecta dura, graues & magnæ sunt, variæq; tentationes, & stimuli carnis, vt nisi fuerit electus homo resistere minimè potest. Sunt enim ista solùm in Dei potestate, si te matrimonio iunctum velit, à teque proles generari, non proderunt vota quæcunque feceris, nec omnis tua castitas: si matrimonium contrahere nolis, & nihilominus appellari castus cupias, & nõ esse, ma-

ſe, maledictiones ſuper te corruent, ac opera quæ licitè feciſſet in matrimonio, cogeris in fornicationibus & cum ſcortis & cum alijs committere Sodomiticè, Gomorrhicè, vanè, &c. Hæc eſt maledictio, quæ ſeq̃tur eos quos Deus matrimonio iunctos eſſe vult, at ipſi reſiſtunt voluntati Dei: quapropter hæc opera nefanda ſcurriliter & contra Deum adimplere permiſſum eſt, vt eorum inobedientia ſit illis in ſupplicium & mortem æternam.

Ex libro de Nymphis, Syluanis, Pygmæis & Salamandris.

Prologus.

CVnctæ creaturæ Dei (rerum naturalium) in hominum ſunt noticia: non quòd vnicus homo cognoſcere valeat omnia, ſed regio quæuis propria poſsidet, eorumque notitiam habere poteſt, quæ producuntur in ea, hoc eſt, in ſuis ſubiectis, & in ſubiecto quod ipſemet exiſtit, & artes mechanicas in ſuis etiam ſubiectis. Nihil tam occultum, quod hominibus cognitum non ſit, aut futurum, non vni quidem omnia, ſed cuique ſuum, vti ſuprà dictum fuit. Et quum ſimul omnia conuenerint, cognita ſunt pariter omnia: ſic etiam reuelatur omne, ſcitur, ac in vſum & experimentum deducitur. Probatur ex eo, quòd omnia ſint hominibus ſubiecta, quos inter tamẽ quòd vnus altero plus

nouerit, iuxta maiorem eius experientiam, nedum in sua regione factam, verùm etiam in alijs, quas peragrauerint, indeq; magis didicerit euenire plerunq; solet. Nam quanto quis plura collegerit, doctior etiam euadet. Hoc enim habet naturæ lux, vt ipsamet natura lumen aliquod adferat, quo nota fiant eius arcana splendore suo. Præter naturalem hâc lucem, est & alia quædam in hominibus excellentior, naturaq; minimè comprehensibilis, per quã supernaturalia fiunt eis cognita. Qui perquirunt in luce naturæ, fiunt etiam naturales: at qui scrutãtur hominum lucem, in eaq; perlustrant, supra naturam attolluntur. Nam homo natura præstantior cum vltrà quòd ipsemet natura sit, est etiam spiritus & angelus, inde proprietatẽ nactus est omniũ: prior in corpore, posterior quidem in anima, partium vtriq; suum ornamentum adiectum fuit, vt homini seruiat, ac in eodem ambulet. Quum igitur animam habeat, vnà cum illis duobus, qui dicti sunt, supra naturam ascendit, vt scrutetur ea quæ sunt extra naturam, vtpote regnũ Dei, voluntatẽ eius, quam ei cognitã esse vult, angelos, &c. & infernũ, diabolum, & istius regnum, &c. Siquidem ille qui se conferre debet aliquò, naturam & proprietatem, ac eius situm loci prius cognoscat oportet, vt eò pergere valeat, quò ducit eius cupiditas atque desiderium. Hinc fit, vt hoc loco describam creaturas extra natu-

ræ

ræ lucem exiſtentes, & præter iſtam ſolùm ſcrutabiles, non ex ipſa. Ideo creatus eſt homo, ſcilicet vt omnes creaturas & opera Dei perluſtret, in lucemq́ue proferat, edatq́ue: hac de cauſa fuerunt ei ſubiecta quæque viſibilia & inuiſibilia, non vt ea contemnens vitam otio vitioq́ue tranſiret, ac ſilentio, ſed econtrà verſaretur in operibus, & in vijs Domini tantùm ambularet. Satius eſt ergo, Meluſinam, Gigantes, &c. deſcribere, quàm aulicos mores & ritus exercituum, cum execrabili tormentorum & bombardarum vſu. Sunt enim hæc mundana quædam exercitia, ſuperbiæ vitioq́ue dedita, non Deo. Is verò qui diuinarum rerum plus expertus fuerit, ac didicerit, in cœlo maior atque doctior eſt futurus. Nam in domo Dei manſiones multæ ſunt, vnicuique ſua iuxta donum ei conceſſum à Domino. Donati ſumus quidem omnes à Deo, ſed non æqualibus donis, nec æqualiter. Perſcrutatio cum experientia ducunt nos ad Deum, mundanaq́ue vitia, mores aulicos, ſimultates, & linguarum elegantiam fugere docet: nam in huiuſmodi loquacitate plurima latent mendacia. Quapropter quanto magis rerum quis veram anatomiam fecerit, tanto conſtantius in Deo permanet, ideoq́ue fit proximior in eius manſionibus. Quicquid humana docet moralitas & ſapientia, nil aliud quàm humanum eſt, atque mortale. Verùm

quod ipſa charitas in Deum & proximum docet, ex qua moralitas vera ſuam originem etiam ducit, vti bonus ex arbore bona fructus, manet in æternum. Diſcamus igitur, quod maximè neceſſarium eſt, ſcilicet ex verbo diuino ſolùm naturam & creaturas Dei cognoſcere: quo fiet vt margaritas inueniamus nullo conſumptibiles igne.

CAP. I.

Tractatus primus.

HOc Opuſculo genera quatuor hominum ſpiritualium, in aquis, aere, montibus & igne commorantium, vt Nympharum, Syluestrium, Pygmęorum & Vulcanicorum ſcilicet, quibus Gigantes, Meluſinæ, Sibyllæ, &c. comprehenduntur, enarrabimus.

Quæ licet vti homines exiſtimemus, non ſunt ex Adamo tamen, ſed ab hominibus, & cæteris animantibus diſcretæ creaturæ. Quamuis ad nos veniant, & prolem contrahere poſsint ab hominibus: nihilominus illa ſui generis non erit, ſed noſtri: quod infrà deducetur latius.

Habet hic Liber ſex Tractatus: quorum primo creationes eorum deſcribentur: ſecundo, regiones, manſiones & regimina: tertio, quinam ad nos ſe conferant, nobiſcum

ſcum permiſceantur, & commorentur: quarto, mirandorum hiſtoria ſuorum operum: quinto, Gigantum origo, diſparitio, reditusque: ſexto, creaturarum huiuſmodi cauſa. Quanquam ſupra Philoſophum verum in ſcriptura Sacra fundatum eſſe debere diximus: iſtarum tamen rerum eſt apparentia vera per experientiam comprobata, licet earum in diuinis Literis nulla fiat mentio, prout incantationum operum: earum etiam originis minimè hoc tempore tamen cognitæ: Biblia ſacra tantûm animæ rationem erga Deum, & etiam Dei tractant erga animam.

Non pugnat hæc inquiſitio contra veram Philoſophiam: etenim ſi diaboli ſpirituumque declaratur origo nobis, & poteſtatem habemus in omnibus operibus Dei verſandi. Sicuti Medicis indigent ægri, non aliàs iſtæ res Philoſophia, opificeque ſuo quodlibet opus, & Chriſtianus liberatore ſuo: nam omne quod à Deo creatum eſt, aut permiſſum, fruſtra non, ſed eſſentiæ ſuæ cauſam, & originis occaſionem habet: quare non eſt, quòd ſuperflui quid ab eo factum eſſe temerè putemus. Vt Samſonis fortitudo non ſine cauſa fuit, etiamſi non foret humana. Quapropter nihil eſt abſque magno myſterio. Sic in veteri Teſtamento admiranda multa contigerunt, quæ nemo poteſt exponere, niſi per Nouum edoctus fuerit.

Non ſunt itaque ſuæ cauſæ, vel rationis

expertia, quę hîc scribo, sed ardua, (sicuti sexto Tractatu continetur) & in philosophia plurimùm contemplanda.

CAP. II.

Spiritus quid ex anima: item spiritus caro est, & caro spiritus in exemplum resurrectionis.

ADami caro crassa est, atque terrena, sensibilis, vti lignum aut lapis: verùm ea quæ non ex Adamo, subtilis admodum & incomprehensibilis existit. Quia de terra non est, omne solidum vti muros penetrat, nulli rei cedit, ostio nec fenestris indiget ad occlusa quæuis intrandum absque læsione, vel aliquo foramine relicto. Est autem vt homo Adamicus, quòd vterque sanguinem, carnem, ossa, &c. habeat: verùm eo differunt, quòd ex duobus patribus, vt spiritus & homo distincti sint: pariter ambo distant inter sese homines dicti. Qui rursum ambo differunt à spiritibus, quòd spiritus carnem & ossa non habent: illi tamen ita proles generant, loquuntur, edunt, bibunt & ambulant, quibus actionibus hominem Adami referunt spiritales huiuscemodi homines: ex altera parte sunt agilitate, celeritate, disparentiaq; spiritibus valde similes, & eorũ naturæ.

Quamob-

Quamobrem non ſecus atque duabus conſtans partibus vnum corpus, aut bino colore mixtus color vnicam formam exhibent, iſti naturæ cùm hominis tum ſpiritus participes exiſtunt. Item alia differentia. Homo Adamicus habet animam. Spiritus non habet eam. Homo ſpiritalis eſt ſpiritus & corpus anima carês, & iſta creatura moritur, ſpiritus autem non: propterea brutum eſt excellentius bruto, quòd ad hominem vt ſuprà dictum eſt accedat: ſimile verò, quia brutum etiam vt hic homo non habet animam. Quòd autem loquatur & rideat vt homo, proximior eſt homini quàm brutum, & ad hominem comparatione quadam ſe habet, vti ſimia, quod homini brutum eſt ſuis operationibus maximè ſimile: vel ſicut porcus interna quadam anatomia, tamen vtroq; præſtantior, quia ſolùm illi deficit anima: verùm vt ſpiritus homines excedunt. Chriſtus autem pro his tantùm ſolùm eſt mortuus qui habent animam, & non pro alijs. Scriptura Sacra de ſpiritalibus hominibus tantùm exprimit vt ex eo colligi poſſit, homines admittendos eſſe: verùm quo ad animá, nulla certitudo poteſt eſſe ci tales eam habere. Admirandus eſt itaque Deus in operibus ſuis, quæ licet nobis ob oculos non extent, ſed raro, nihilominus eorum quòd exiſtant, notitiam habere nos oportet ac ſi dormiendum inter apparerent. Nam infinitam Dei ſapientiam ſatis perſcrutari non poſſu-

mus, vt ipſum creatorem ſummum in mi-rabilibus operibus ſuis valeamus cognoſce-re. Non ſunt enim ſpiritales homines ex A-dami terrena ſubſtantia, ſed à Deo tantùm vt videamus eos non ſine cauſa permiſſos. Pro-les habent ſui, non noſtri ſimiles, proprioſq; gradus, vti nos ex Adamo, nempe diuitia-rum, paupertatis, ſapientiæ, ſtulticiæque: ſummatim noſtri ſunt, vti nos imago Dei ſu-mus. Adamicus vtique homo non eſt Deus, ſed in eius imagine duntaxat ei ſimilis, ita e-tiam iſti propter ſimilitudinem homines mi-nimè ſunt, at in ſua creatione manent. Dei ſiquidem voluntas eſt vt vnaquæque crea-tura maneat in officio ſuo, ſicuti Deus manet ſolus Deus, & homo ſolus homo: cæteraque permaneant, quodq; ſolum hoc ipſum quod exiſtit. Nihil ſpiritalibus iſtis nocet, nec fu-mus, nec ignis, nemoq; pellere poteſt eos, non magis quàm ſpiritus. Ægritudines pa-tiuntur, ac ſanantur vt noſtri homines Ada-mici. Verùm ſuam habent ex terra de qua ſunt medicinam, ex noſtra nullam: moriuntur vt homines, excepto quòd animam poſt ſe nullam relinquãt: hoc eſt, omne quod in ipſis eſt moritur: in nobis verò non. Eorum caro necnon oſſa corrumpuntur ac putrefiunt vt alia. Suas artes, mores, ac dona ſubtilius ac rudius obſeruant vt Adamici. Opere ma-nuum ſuarum ſibijpſis victum & amictum comparare coguntur. Ratione ſapientiaque pol-

polent ad gubernandum, iusticiamque seruant. Humanam rationem omnem posſidēt, animaque sola carent hominis, quo posteriore fit vt nullam voluntatem Deo seruiendi, nec in vijs eius ambulandi habeant. Naturæ decus & honestatem obseruant vt Adamici, qui sicuti proximi Deo, illi proximi etiam Adamico sunt: quamobrem appellationem hominis adepti, post istum vt admirādæ creaturæ, contemplandi veniunt.

Tractatus secundus.

De spiritalium creaturarum habitationibus.

ISTorum variæ iuxta quatuor elementa mansiones existunt, vt in aquis Nymphę, in terra Pygmęi, in igne Salamandræ, & in aëre Syluani morentur. Quanquam eorum hæc non sunt propria nomina, sed vt arbitror ab his qui non cognouerunt eos, conficta: nihilominus quia propter consuetudinem, illis melius vulgo dignoscuntur, ea relinquo. Incolas tamen aquarum proprius nominabimus Vndenas: Syluestres aëris, montium Gnomos: & ignis Vulcanos, potius quàm Salamandras, vt nonnulli volunt: quod nomen refragari non cupio. Nihil Vndenis cum Vulcanis est

commune, nec econtrà. Pariter cum reliquis intelligendum est quamq; harum partium peculiarem habere mansionem. His enim Deus admiranda sua nobis patefacit, quum nullum elementorum ociosum esse permittit. Nos Adamici versamur & ambulamus in aëre, quo circundamur etiam, non aliàs quàm pisces aquis: nec magis eo sine persistere possumus, quàm extra illas ipsi: quibus æris loco sunt aquæ, necnon Vndenis: quæ non aliàs in admirationem ducũtur nostri, quînam in aëre possimus viuere, quàm nos earum quòd in aquis viuant. Sic & Gnomis terra supplet vices aëris eorum: nam quoduis in suo chaos moratur, sustentatur, & viuit. Gnomi lapides ac muros penetrant, & quanto chaos eorum dẽsius existit, ipsi contrà tanto subtiliores: vt nos, & quoduis istorum in aëre suo non extinguitur. Syluestres autem nobis proximiores, in aëre nostro quòd sustentẽtur: ac vt in eo viuunt, mortis nostræ proximiorem formam assumunt. In igne consumuntur, & aquis suffocantur vti nos, quoniã in suo chaos quodq; viuit, ac in alieno plerunq; moritur. Non est quòd in istis miretur quispiam. Nónne Deus in operibus suis maior est, quàm nos apprehendere posimus? aliàs illi similes existeremus, ipseq; debilis: quod absit. Quodlibet chaos vtramq; suam sphęram, nempe cœlum & terram in se continet: ac vti nobis hominibus cœlum & terra cibum exhibent, atq; potum,

tum, inter vtramq; sphęram chaos ipsum existit medium: hoc est, in ipso chaos nutriti sumus. Hac ratione cōsistunt Nymphę, vel Vndenæ suas extremitates inter, quarum vna superficies est terræ sub aquis, earumq; fundus, altera quidem aquarum est suprema facies. Et ita sunt inter duas sphęras, terræ videlicet, ac aquæ: harum enim interstitium illarum est chaos, ex quo nutrimentum sumunt iuxta suam naturam. Gnomorum fundus est aqua, chaos terra, & sphęra terræ, cœlum eorum, produciturq; nutrimentum istis ex his omnibus. Syluestres autem instar hominum existunt, alimentum vt isti sumunt, at in syluis. Terra Salamandrarum, est fundus suus aër cœlum, & chaos ignis: istarū igitur nutrimentum ex terra nascitur & igne: sed aëris constellationes tanquam cœlum earum vti nobis aquæ, sitim illis extinguunt, non tamen alijs. Alias enim aquas habent, quas non videmus, nec etiam comprehendere possumus: bibere coguntur ac edere, sed iuxta sui mundi naturam: quam propriam ille, sicuti noster mundus hic suam posſidet, quæq; latius non est perquirenda. Vestiuntur etiam secundum sui mundi qualitatum rationem, quia moribus vtuntur vt homines decet, ordine regimineq;, non sicut nos ex hominum præscripto, sed ex lege suæ naturæ, prout suum apes regem, & ducem grues habent, ac alia quæuis animalia bruta peculiare quid à natura seruare

videntur inuiolatum. Aliud prę brutis illi tamē semihomines obseruāt: nam Deus omnes creaturas muniuit suis vestibus & ornatu, quibus decorè corā hominibus comparere possint, istas verò non: quę pro vestibus vt homines coguntur operari, sed pro suæ terræ proprietate lanam ouinā, & alia quæque sua possident. Etenim Deus prouidet omnibus, etiā his, qui quidem huiusmodi prouidētiam ignorāt, & non nisi lōgo successu tēporis agnoscūt. Et quāuis aliquid videant, aut experiantur, est illis in admirationem, & metuūt: hoc est, in suum vsum non applicāt, nec vlterius perquirunt, aut in eo speculātur. Non admodum acutos habēt oculos, nec Dei misericordiam. Non secus ac homines dormiunt ac vigilant. Sole fruuntur & firmamento sicut nos, quandoquidem Gnomis terra vicem refert aëris. Nam sol & luna terram penetrantes eis etiam lucent, fructusq; necessarios proferunt. Pariter ac Vulcani suas per ignem suum formas obtinent, Vndenæq; suas per aquas. Hinc fit vt apud eos hyems sit ac æstas, dies & nox, pluuia, nix, &c. Nulla re pro sui ratione status indigent, licet alio modo quàm nos habeant quæ sua sunt. Verùm ea quæ nos illis plus possidemus, peculiaria Dei magnalia nobis existunt. Item apostematibus, febribus, bullis, ac reliquis cœli morbis, vt nos, obnoxij sunt. In summa nobis in omnibus persimiles, hoc dempto quòd veluti bruta morian-

tur

tur præter ſpem reſurrectionis ad iudicium, Vndenæ mares & fœminæ ſtaturam habent noſtræ ſimilem. Syluani maiores, craſsiores, robuſtiores, & proceriores nobis & Vndenis exiſtunt. Gnomi verò cubitum non excedunt. Salamandræ longæ ſunt ac tenues. Vndenæ morantur in aquis & riuis, tamque propinquè nobis, vt homines per amnes & fluuios equitantes, aut in eis balneantes attingant. Gnomi ſub monte chaos ædificant, inde prouenit, vt ſæpe reperiantur pauimenta quædam, & teſtudines ad cubitalem altitudinem aut paulo plus erectæ: quæ quidem ab his in ſuam habitationem extructa ſunt ædificia ſub cauernis montium, terræq; meatibus. Vndenæ ſimiliter faciunt ſuis locis. Salamandrarum qui ritus & opera cognoſcere cupit, in monte Æthna, poteſt rumor eorum auditu percipi: tum ex elementorum combuſtionibus, iudicari hæc omnia pro ſui natura noſtris habitationibus non diſſona. Non facilè quis talia poteſt experiri, quòd partim in ſyluis deſertis, locis inacceſsis, vti ſuprà dictum eſt: partim in fodinis metallicis, ac alijs accidant, reperianturq;: necnon alia multa miratu digna, ſicuti moneta dictorum ſemihominum, & quæ ad eorum pertinent ritus, &c. ſuis locis inferius declaranda.

Tractatus tertius.

Quinam ad nos veniant, visibiles fiant nobis, &c.

NOn aliàs quàm Deus omnia quæ creauit, palàm facit hominibus, veluti diabolos, & alios spiritus, item angelos in mundum ad eos mittit, quod licet rarò fiat, solumq; propter necessitatem, & vt eius creaturæ cognoscantur, ab antiq; discerni queát: etiam semihomines istos non indies, prout nec angelos, at suis temporibus. Cum etiam de 1.2.3, angelis nobis constet, perinde est ac si vidissemus omnes. Itidem & illos Deus semihomines permisit cum hominibus loqui, & ambulare: matrimonio coniungi, prolesq; generare, sic vt nedum visi fuerint, verumetiam cum ipsis loquuti conuersatiq; sint familiariter homines, aurum ab ipsis receperint, ac verbera similiaq;. Item ethnicæ Salamandræ se manifestarunt apertissimè, sic vt philosophari de his tutò liceat, abundantissimeq;, per lucem hominibus à Deo datam non cæteris animantibus: qua diuina solùm opera scrutari possunt: nam similia similibus & non alijs cognoscuntur. Perpetuus est enim, & mortalis homo, quapropter vtrunq; scitu sibi necessarium est, vt ex vtroq;, vel obiectorum altero suam philosophiam depromere valeat: sine quo difficilimum erit: nam occultum nihil quod

quod non reuelatur: nec econtrà reuelatum nisi cognoscatur occultum, & inuestigetur. Mali spiritus homines occupant, vt hoc iam iste, mox aliud cogitet alter, quo fit etiam vt similia his appareát eisdem potissimùm temporibus: in abstracto quidem illis, non palàm alijs. Non tamé vt ipsi nobis, illis apparemus, nisi quantum ipsi de nobis referant alijs, qui fuerunt apud nos, vbi iam in suum redierint mundum, vt peregrini de longinquis regionibus facere consueuerunt. Nec ad suum nos attrahere mundum quoquo modo possunt, quòd in nos potestaté nullam habeant, etiam eorum chaos penetrare minimè possemus, nec in eo viuere: tamé ipsi nostrum quòd suo multo rarius existat, tolerare possunt, apud nos quoque manere, pariter & mori. Similiter vti Deus angelos apparere nobis iubet, suaq; mandata penes homines exequi. nonnunquam & illos ob similem causam: sic Vndenæ veniunt ad nos, versantur nobiscum, & inter nos ambulant, postmodum ad suas aquas redeunt, iterum reuertuntur: hoc omne fit ex voluntate Dei. Cum hominibus matrimonium contrahunt, & cum eisdem fouent domicilium, aluntq; familiam, ac prolem eis gignunt hominum quidem similem, nō ipsorum. Huiuscemodi natis infunditur anima: hoc est, perpetuitas, ratione cōiugij, propter quod etiam à Deo liberantur similes vxores perpetuæq; fiunt, id est, anima donatæ sicut

homines. Diuersimodè namque probatur, ipsas anima carere. Quapropter per vinculum coniugij non aliàs quã per fœdus erga Deum eius regnũ acquiritur, sic anima. Quid enim anima nobis prodesset, nisi fœdus hoc foret? profectò nihil: nam vt alij veluti brutum intereunt, & nos moreremur. Quum igitur in hoc Dei fœdere simus, & anima rursus ad suum creatorem redit, nihil est homo sine fœdere Dei. Tantùm sanè potest duarum inter se rerum confœderatio, vt minor maioris viribus potiatur, easque habeat. Hac de causa prosequuntur homines amore, familiaresq; fiunt eis (quum intellectus illis insit, ac omnis sapientia, dempta solùm animæ proprietate) sicuti Gentilis ad Baptismum anhelat, vt viuat per Christum, & ipsi per eundem, vt viuant, in æternum Christianis coniugari cupiunt. Quid autem Deus cum illis agere velit vltimò, sibi relinquendum est. Nobiscum eos iungi non permittit omnes: Vndenæ proximiores existunt, pòst Syluani, tertiò Gnomi, qui raro coniugio hominibus alligantur, sed obsequio seruitioque plurimùm vt Salamandræ: quæ nullam prorsus cum hominibus in coniugio partem habent. Postremi duo falsò reputantur ab aliquibus, vt spiritus, non creaturæ, sed velut incantatio vel vmbra. Verùm scitote, non aliàs quàm apparent eos carnem & ossa fore, sicut alij sunt homines, & vltrà veluti spiritus agiles.

Tria

Tria tempora, nempe futura, præſentia præteritaque norunt omnes, & occulta quæuis, eaque patefacere poſſunt hominibus: artes & intellectum ſpirituum habent: anima tantùm ex miſericordia Dei carent: donis plurimis ornati ſunt, vt hominibus apparerent permiſsione diuina, mirandaque reuelarent quæ Deus operatur in illis. Vndenæ verò ſuis egrediuntur aquis, in ripisque viarum ſedent, quas inhabitant: ibidem captæ matrimonio iunguntur hominibus. Syluani rudes exiſtunt, non loquuntur, quòd ignorent, ſignis indicant omnia, quæ ſat ſunt ad intellectum: ad loquelam diſcendam tamen apti. Verùm Nymphæ ſunt affabiles, regionis ſermone ſuæ loquuntur.

Gnomi propriam loquelam vt Vndenæ callent.

Salamandræ perrarò loquuntur, attamen ipſæ loqui norunt.

Nymphæ quidem in veſtibus hominum apparent, humano vultu cũ deſiderio ſimili.

Syluani conſortium hominũ fugiunt, nec diu permanent in eorum conſpectibus.

Gnomi breues apparent hominis ſtatura plus minúſue media, ſeruorum & famulorum inſtar.

Salamandrę flãmas omnino referunt, ipſæ de quibus igneos aliquando ſpiritus in domibus ambulare, vel igneas animas perhibetur, exiſtunt, & faces ac tedæ noctu per

prata camposq; lucentes Vulcanici veri sunt. Non morantur inter homines, propter suum ignem, inter sagas veneficasque mulierculas plerunq; reperiuntur & cum illis agere procaciter, & amatoriè. Obsidet eas nonnunquam diabolus, vt homines, & circũducit in conspectum eorum, ac ad sagas, aliaq; multa per eas operatur, quæ scriptu nimis prolixa forent. Periculosum est Salamandricis hominibus adesse, quòd plerunq; sint obsessi à diabolo, sæuiente in ipsis maximum in hominum detrimentum. Pariter & Gnomos ingreditur, eos facit obsequiosos: & in Sylphes etiam irruit, quæ syluas incolunt, easq; possidẽs cum circumuicinis cubare cogit: verùm qui cum ipsis egerũt Venerem, peccati pœnam luunt, vtpote scabiem inde reportant incurabilem: aliàs humanæ sunt, fœdusq; plurimùm desiderant. Vndenæ spirituum naturam in disparitione plurimùm obseruant: quapropter quicunque habuerit Vndenam in vxorem, non sinat eam ad aquas ire, vel penes eas non irritet ipsam. Itidem qui Gnomum possederit in suis locis, ad iram eum nõ prouocet: nam disparebit, ac amittet: aliàs hominibus tam addicti sunt, vt non libenter præter occasionem ab eis recedant: qui quidẽ in locis vnde prodeunt ac apparent, acquiri possunt. Promissa dominis obseruare suis ex natura coguntur, donec & ipsis quæ domini polliciti fuerint, vicissim etiam seruentur, nõ diutius: nam fœ-

dere

dere fœdus alitur. Suis in omnibus negotijs veracissimi sunt, & constátes, ac ad homines plurimùm inclinati, fidelesq; pecuniarum donationibus, quas possidẽt: eas etiam ipsimet cudunt, hac arte videlicet. Quicquid habere spiritus optat, hoc ipsum acquirit: Gnomorum vota similia sunt, vt quum aliquo per necessitatem indiguerint, habẽt: estq; perquàm optima, non adulterina, vel ficta moneta: quã etiam plurimis hominibus in cauernis montium distribuunt: impediturq; liberalitas eorum abusu donorũ. Ex ordine diuino dependent hæc omnia, nobis vt appareãt (sicuti videmus aliquando quæ visu nobis incredibilia sunt) per eaq; perpendamus quàm strictè ligatus sit homo, qui quod habere vult aut cupit, ipse lucrari cogitur, labore suo comparare, votis aut optatis nil consequitur: at Gnomi necessarium, & omne quod cupiunt.

Tractatus quartus.

De admirandis eorum operibus, & historia.

QVum Nymphæ super aquas nauigio ductæ per aliquem, & irritatę fuerint, sese submergunt, nec amplius apparent: quare vir eius existimare debet, vxorem aquis prorsus absorptam & suffocatam esse, non mortuam tamen, sed eam se nõ visurum amplius. Aliam vxorem non ducat: si fecerit,

morietur: nam integrum eſt adhuc coniugium, non ſecus ac ſi mulier à viro ſuo recedat, non eſt ab eo libera, nec econtrà vir à muliere liber, ſed inſeparabiles ambo, dum alteruter vixerit. Quum itaque virum & prolem, vt auditum eſt, relinquant, ad iudicium comparere coguntur, ob coniugium, ratione cuius receperant animam. Ad virum in terris nunquam redeunt amplius, niſi duxerit is aliam vxorẽ, tum alteri bijugo prior coniunx mortis eſt occaſio: quod accidit antea.

Sunt & aliæ Nymphæ, quæ Syrenes dicuntur, maria frequentius quàm alias aquas incolentes, non (vt fertur) in piſcium, ſed puellarum forma, parum tamen alterata: non gignunt, ſiquidem Nympharum & Lymphalium hominum degenera proles & monſtra potius exiſtunt, quas quòd non ſucceſſæ, pellit vterque parens, à ſeque reijcit: varias formas vt cætera nactæ monſtra: varios etiam ritus habent, ab humanis vtique non alienos: nonnullæ canunt, aliæ ſubſibilant, cæteræ flent, &c. Monachorum aquaticorum monſtra generantur etiam à Nymphis: quæ quidem hominibus externa forma tantùm pro parte ſimilia ſunt. Producuntur ex Nymphis & Gnomis potiſſimùm: ſicut ex vno & altero camelo generatur vrſulus, non ex naturali curſu verus vt eſſe deberet vrſus, at peculiari curſu quodam à Deo permiſſo, vel ordinato, non ſucceſſum quid, vt

arcanum aliquod hominibus patefaceret. Similiter & monſtra marina Deus in lucem prodire ſinit, non abſque maximo præſagio, quod poſtmodum ſortitur effectum. Sed quia nunc in hominibus friget ipſa charitas, iſta contemnuntur, nihiliq́ue fiunt: ſolùm ea quorum ipſa præſagia ſunt, vti vitia, habentur in precio. Quòd nobis appareant, idem eſt, ac ſi loquerentur, En vos mortales aſpicite nos, poſt mortem & vos agiles eritis, non impediti corpore.

Talia monſtra ſpectraq́ue proprietates, ritus, imò naturam hominum verè demonſtrant: quandoquidem aliquo loco ſimul conueniunt, & in eo commorantur, conſortium cum hominibus quærunt, ſanguinem & carnem amant, quod ipſi etiam exiſtunt: & quia multo maior eſt fœminarum eos inter quàm ſit marum copia, quantum eis permiſſum eſt, ad noſtros ſe mares conferunt.

Inde mons Veneris etiam originem ſumpſit, qui nil aliud quàm Vndenarum quædam congregatio fuit in cauerna ſyluarum medio ſita, & in ſuo chaos regioneq; ſua.

Diutiſsimè viuunt, ſenes fore non videntur, quòd in eodem ſtatu pulchritudinis ſuæ maneant, in ea quoque moriuntur.

Venus fuit Nympha, quæ ab alijs in earum electa reginam longiſsimo tempore vixit, ſub terminum obijt: quæ verò ſucceſsit, altera Venus non ita fortunatè

rexit, neq; vixit vti prior, vnde successu temporis hoc regnum finem cœpit. Nonnulli putant Venerem immortalem in diem vsque iudicij, videlicet in semine suo, non ipsam tamē solam mundo coætaneam esse futuram, & eodem die coram Deo comparituram & perituram. Alij putant eos qui se ad illam conferūt, etiam non interire, quod probabile non est: nam in mortem omnia tendunt. Quod ad semen attinet, omne genus est in diem vsq; iudicij permanens. Fuit & aliud (vt fertur) simile regnum alicuius Nymphæ sedentis in suis regalibus delicijs: quæ sub monte suæ regionis elegit sedem & habitationē, ac secundum luxuriæ naturam atque proprietates practicâtam exercuit admirabilem. Ad impudentes procos & cōcubitores in mōtem exiuit, & ad illam aliàs ingressi tam occultè, vt nemo potuit exactè rem intelligere, donec eius, vt aliorum finis fuit. Fieri posset, vt simile quandoque resurgat, vbi similes oriantur autores: non aliàs quàm vnum superare multos contingit nonnunquam homines, & post innumeros annos hoc mortuo, talem iterū emergere. Mons itaque Veneris particulare signū fuit idololatriæ luxuriæque succedendarum. Hæc & similia multa contigerunt in terris, at ob ruditatem & ignorantiam hominum viliter neglecta: quare iam amplius nō eueniunt, vel ob nullam animaduersionē minimè percepta sunt. Simile quid in monte Stiffenbergio

gio verisſimè contigit, vtpote caterurum do minum ſuũ in via cuſtodientium triumphus maximus. Talia penes veros Theologos diabolica non exiſtimantur, quia nihil in S. ſcriptura maius, quàm nulla contemnere, maturè quæuis perpendere, necnon intellectu ſano ſacroq; iudicare. Quod pſeudotheologi parum intelligẽtes, vt reliqua diſcurrunt, diabolica fore iudicant, cum tamẽ ipſimet diabolum non intelligant, neq; diſcernere norunt qđ in ipſis eſt: quapropter Deus iſta ſuis temporibus nonnunquã accidere permittit, non vt omnes cum illis matrimonium contraherẽt, ſed interdũ vnus, vt mirabilia videremus. At ſi diabolicũ id foret, meritò reijciendum, quia per ſe nihil poteſt diabolus, verùm ſolus Deus eſt omnipotens. Nympha proximè dicta viro Stiffenbergenſi nupſit, cũ quo domicilium tamdiu fouit, quouſq; duceret aliam vxorẽ, quòd illã exiſtimaret fore diabolum: & ea de cauſa repudiauit illam, fœdusq; fregit. Ipſa verò ſignũ dedit ei per pyrum ſuper menſam poſitum, & ſuum crus, tertioque die perfidus maritus moritur. En maximum indicium fidem ſeruãdam eſſe coniuges inter, ob honeſtatis maximam vtilitatem, & vitiorum aliorum euitationem. Diabolus enim carnẽ & ſanguinem non habet, nec eo loco diaboli ſigna fuere: ſed quia fuit in coniugij decus à Deo deſtinata, fidem inuiolatam eſſe voluit, ac permiſsione diuina puniuit adulterium.

Etenim ex Adamo non fuit, quare nullus iudex in terris esse potuit, qui vindicaret eam. Pleraque alia contigerunt præsagia malorum ab hominibus stultis contempta: sicuti Melusinæ, quæ Nympha olim etiam fuit malignis obsessa spiritibus, quibus liberata fuisset, si cũ suo viro mansisset in finem vsq;. Beelzebul talis est nequam artifex, vt illa quæ possidet in alias transmutet formas, vti sagas in catos, lupos, canes, &c. hoc ipsum & Melusinæ contigit, siquidem cum sagarum superstitione partem habuit, per quam ad coniugium cum viro suo promouit eam diabolus. Et sicuti superstitio quodcũq; seducit & inficit, per eam ad locum suum reuersa est, in quo similes personæ sunt in sua superstitione incantatæ: credendum est vtiq; Melusinam ibidem in finem vsque vitæ mansisse: cuius terminus Deo soli notus est. Exemplum hoc nobis fore debet, quo cognoscamus quàm admiranda nequitia Beelzebul nobiscum agat in omnibus operibus quęrens quem deuoret, à maris terræq; centro ad sphæras quatuor elementorũ vsq;. Verùm vbicunq; sumus, Deus etiam adest, vt suos in omni loco liberet. Quapropter personæ dictæ superius, vt incantata phantasmata, non sunt existimanda: licet etiam ex Adamo non existant: etenim in suis operibus Deus non est alienandus: nec propter suam superstitionem contemnendæ, quum ecclesiæ Romanæ superstitiones plures existant, magisque

que periculosiores illis omnibus, quæ penes huiusmodi mulierculas & sagas esse possint.

Peculiare potius exemplum nobis exhibere debent, nempe si quenquam in vermem superstitio transmutare valeat, in diabolum etiam poterit: hoc est, si Nymphas & vos eadem in similes vermes conuertet, qui preciosis ornati lapidibus, adamantibus magnis, alijs palliationibus, &c. ecclesiam Romanam his ornatibus palliatis. Hoc omne transmutabitur in vermem & potius in draconem; vt Melusina, cæteræque sui similes. Proinde cæcus est mundus oculis cernentibus, quum hoc præsagij non videat.

Tractatus quintus.

De Gigantibus.

SIcuti Pygmæi, Gigantes etiam ex Adamo non ducunt originẽ, at S. Christophorus fuit gigas, verũ quòd ex Adamo progenitus, hoc loco non est adducendus. Historiæ Gigantes inter Theoderici Bernatis, Hiltebrandi, Signoti, &c. mentionem faciunt: Pygmæorum autem, vt Zanci: quales quidem Historiæ solùm ab his qui verbum Dei solent inuertere, seque in eius surrogare locum, reijciuntur: quod etiam hîc faciunt Gigantes ita fortiores, admirandique magis

existunt, quàm ipsi ferre queant, quare nullos esse dicunt: perinde Christus etiam nobis nimium fortis est, ideo verbum eius non admittimus, vt eorum nemo quos metuimus, nobis contrarietur. Verus homo tamen illuminatur luce naturæ primùm, in omnibus rebus naturalibus, quas ex ea iudicare nouit, postmodum etiam altius profundiusque iuxta lucem prædictam agnatamque sibi, Christum & Scripturas existimare perpendereque, cæteris qui litera sola sunt obruti: quorum etiam inexpertis & insulsis capitibus incredibilia sunt omnia. Gigantes ex Syluestribus, & ex Gnomis Pygmæi progeniti sunt: non aliàs quàm Syrenes ex Nymphis: quorum quidem omnium generatio rara est. Hoc tamen scitur, & memoriæ nondum excidit hominum, scilicet Gigantes & Pygmæos admirandę fortitudinis existere, quam à suis progenitoribus habent: magnaque secundum ordinem diuinum præsagiunt, sicuti suo loco dicetur inferius. Herculea sanè facta patrarunt, sed absque hæredibus, corporum scilicet, mortui sunt, vt cætera monstra. Anima caruerũt, sicuti progenitores eorum: quamuis opera multa bona, mala pauca, sed veraciter egerint inter sese, quæ sunt operibus animæ comparanda. Nihilominus cum psittacus loqui, simia quoque mores hominum imitari, norint, potest etiam natura Gigantibus & Pygmæis agnata pręter animam,
quod

quod ſecundum eam agunt indere. Poteſt etiam Deus illis animam infundere, qua fœdus erga ipſum obſeruent, vt Nymphæ erga homines. Non ſunt enim creati propter animam, ſed quia Deus admiranda ſuper terram & inter ſe diſcreta fore vult, efficereque vt ex nihilo cognoſcamus, (quòd omnia fuere prius) quum per fœdus cum anima pollentibus initum, eos coniugari permittit, partem aliquam habere potentialem animæ, ſimilis ſeruationis alicuius etiam quandoque fuiſſe participes. Fidei tamen ex ſe nullum intellectum habuerunt, ſed morati velut apta vixerunt animalia. Quòd ſi vulpes, aut lupus loqueretur, illis non immeritò comparari poſſent, ſiquidem plurimùm intellectui naturali tribuendum eſt. Eorum generatio fit à Syluestribus, veluti coniunctio cometæ vel terræmotus, &c. Nullum enim monſtrũ ex naturæ generatur ordine, ſed per tranſuerſum, non ſine tamen particulari diuinaque præuidentia, permiſsioneque, non aliàs quàm per Aſtronomiam exponenda ſuo loco tantùm, vbi de ſtellis errantibus & generationibus extra naturam agetur, vti terræmotuum, &c. quibus tranſactis, non niſi longo tempore poſtea redeunt.

Gigantes itidem ex conſtellatione quæ in cœlo eſt, & non in cœlo generatur, exiſtunt. Nam cœlum in formatione monſtrorum nihil cooperatur, quòd homines ad cœli con-

ſtellationes minimè pertineant. Quamuis omnes ſub eo ſint & concludantur, nihilominus quum ſua corpora habeant, ac aliud chaos, nihil eſt qđ cœlum in eos imprimat, ni fruſtra laboret. Nō aliàs quàm in cœlo, per comparationem, & in homine peculiares curſuum gradus per aſcenſum atque deſcenſum exiſtunt. Quapropter inter nos licet aliquando præter iuſtam communemq́ue ſtaturam hominum, æquo procerior, aut aliàs demiſsior quis euaſerit, proprio naturæ curſui, non cœlo tribuendum eſt.

Sunt vtique Pygmæi ſtatura proportioneq́ue breuiores Syluestribus, vt ſileam de Gigantibus: eorumq́ue generatio cum Gigantum generatione maximam habet affinitatem: ſunt etiam nobis fortiores, & in monſtrorum numero. Huiuſmodi generationes in ſumma faciunt ad interpretationem eius, quod in Ioanne Baptiſta ſcriptum eſt, nempe Deum ex lapidibus ſuſcitare poſſe filios Abrahæ: vt in iſtis videmus exemplum, ſcilicet abſque limbo creare poſſe homines, & mundum peculiarem, eosq́ue particulariter ſuſtentare. Similiter ſi velit animam in ſpiraculum infundere, poteſt homines creare qui ſint pedum ſeptem altitudine, viginti, vel triginta: quod in Gigantibus apparuit.

Monſtra tales homines exiſtunt, non ex non ſucceſſo, verùm ob fortitudinem & perſonarum proceritatem, aliàs optimè proportionati,

tionati, non vt cætera monſtra deformati.

Poſſunt mulieres etiam ex Adę generatione, quum ſimilis cum ſimili concurrit, imprægnare, ſed eorum propagatio generationem tertiam & quartam non attingit.

Duplex eſt proles eorum, iuxta partium alterutrius in conceptione maiorem amoris graduationem: ſi patri magis adhæſerit, animal inde naſcitur vti pater eſt. Et quamuis ambo ſemina commiſceantur, vnum tamen prædominari neceſſum eſt, & ab ea parte qualificari, per quam & anima tributa fuerit. Nam vna partium animam habet, altera non: propterea differunt (vt alio loco demonſtratur) & hæredes eorum non propagantur, (quamuis ob naturam fieri poſsit) non magis quàm terræmotus & cometa poſt ſe nihil relinquunt.

Tractatus ſextus.

De generationum huiuſmodi cauſa.

NOnnullæ dictarum generationum cauſæ præcędentibus Tractatulis narratæ ſunt, aliam & potiſsimam nunc audite. Naturalium rerum cuſtodes omnium Deus poſuit, quos inter Gnomi, Pygmæi, Vulcanique theſauros terræ metalla nempe cuſtodiunt. Vbicunque tales reperti

fuerint, indicium eſt eiſdem locis inexhauſtos latere theſauros, quorum tamdiu cuſtodiam habent, donec terminus à Deo præfixus adſit, quo palàm fieri velit hominibus. Et poſtquam detecti ſunt, ita loqui ſolent homines, Antea vidimus Gnomos & Pigmæos hîc obambulare, iam euanuerunt: quaſi dicerent, Adeſt nunc tempus quo manifeſtari debeant. Nam eo ſunt ordine diuitiæ terræ diuiſæ, vt ab initio mundi ſemper, at ſuis temporibus inueniantur. Verumenimuero propter dictam cuſtodiam vno & eodem die non, ſed iam in iſta regione, poſtmodum in alia.

Sic Salamandræ globum terræ perambulant, & locorum in quibus metalla fabricant, non diutius cuſtodes exiſtunt, quàm opus illud in eis completum fuerit: poſtmodum & aliò fabricatum itidem ſe conferunt, relictis in cuſtodiam operum ſuorum Gnomis, vti ſuprà dictum eſt. Extincto quidem in eis officinis igne, ſuccedit Gnomus eorum cuſtos quę Vulcani reliquerunt, eoque receden te palàm fiunt hominibus.

Syluestres precioſorum lapidum à Vulcanis completorum, ac ad ea loca, in quibus fore debent, expoſitorum cuſtodiam extrinſecus habent: qui non ſecus ac alij theſauris nondum reuelandis potiſsimùm adſunt. Vndenæ ſunt in aquis marinis theſaurorum delitescentiũ, etiá à Salamandricis eis in locis

exp ul-

expulſorum cuſtodes. Summatim vbicunq; locorum ſimiles horum trium aut quatuor generum homines verſari ſolēt, infinitas ibidem latere diuitias eſt certiſsimum. Non ſecus ac de alijs monſtris dictum eſt, ſua Salamandrici Vulcaniciq; monſtra habent, quæ ſcintillares homines appellare licet. Iſti nihil prorſus cuſtodiunt, ſed graue quid hominibus præſagire ſolent, vti regionis illius in qua viſi fuerint, imminentem futuramq; ruinam, hoc eſt eius monarchiæ diſſolutionem. Idem & Gigantes præſagium aut alterius irreparabilis mali quid ſecum adferunt. Pigmæi potiſsimum popularis vulgi miſeriam & paupertatem venturam indicant. Syrenes verò principum & magnatum, ſectarum atq; partialium ſocietatum futurum præcipitium annunciant. Nam Deus nos omnes in vnitate coniunctos eſſe vult, & quicquid huic reſiſtit, ad nihilum ruina redigi: quod quidem antequàm fiat, prænuntijs quibuſdam, vt iſtis, notum fieri iubet hominibus: & non tantùm illis qui dicti ſunt, verumetiam alijs complurimis, qui tamen alternis, & non vno & eodem modo, ſed occulto nonnunquam à noſtris oculis veniunt. Potiſsimæ rerum iſtarum & grauiſsimæ cauſæ nos fugiunt: ſed in fine ſæculi, præſertim cum imminebit, palàm futura ſunt omnia cum iſtis, à minimo ad maximum, & à primo ad poſtremum vſq;, necnon ratio cur acciderint, ſteterint, iuerint, &c. Cuncta

ſiue bona ſiue mala, tunc temporis erunt manifeſta peccata quæuis, & falſa librorum ſcripta cum ſuis authoribus, ſublimibusq; titulis abſque operibus, & ſine veritate, quibus & cæteris iuxta ſuum opus pro veritate falſitateq; remetietur. Qui nunc flent, eo tempore conſolabuntur, & hæc omnia palàm fient priuſquàm extremus dies veniat: ob oculos quoque ponentur, quæ fuerunt occulta. Beati futuri ſunt diebus illis quorum intellectus & oculi fuerint aperti: nam omnium corda non aliàs reuelabuntur quàm ſi facta quorumuis in eorum frontibus deſcripta forent. Eo tempore meorum etiam ſcriptorum iudicia relinquo Deo, qui nihil celatum, aut latere volet, imò potius lumen accendet manifeſtũ, quo pateat vnicuiq; ſole clarius quînam ſua luce alios illuſtrarit oĩs homo, docueritq;.

Ex libro de Imaginatione.

IN duo corpora diſtinguendus eſt homo, quorum vnum viſibile eſt, alterum inuiſibile: tractandum hoc aſſumo tantùm in præſentiarum, illud verò philoſophię viſibili relinquo. Exemplo prius vtar: Domum ante me ſitam video, quam inter & me quis loquitur inquiens: Video hoc ipſum quo domũ vides, hoc eſt, oculos. Non tamen hoc omne videt, quo video, ſed mediam duntaxat partem, id eſt, inſtrumentum aut viſus organum, at viſum ipſum vel ſenſum eius non videt: quæ media

media pars eſt altera. Similiter aures vnam partem efficiunt, & auditus alteram. ſic de reliquis, vti lingua, & vox, &c. non aliàs bina quæ ſuprà diximus corpora totũ & integrum hominem componunt, vnumq; præter alterum nihil efficit. Iterum exemplum: Si quis ædificare cupit, imaginari prius illum oportet qua materia, quibus inſtrumentis, artificibus, & quo in loco fecerit: eſt enim aliud quid hoc ipſum quod proponit, quod autem diſponit item aliud. Item ſol eſt vti faber qui domum ſuper aream erigit. Et prout homini ſuum corporeum inſtrumentum ad corporalem neceſsitatem pro ſua deſtinatione datum eſt, ſpiritui pariter imaginationis id, quo ſuo loco proponit ædificare quidpiam. Item vti ſpiritus iſte humanus eſt, inſtrumentum ſuum etiam habet, non aliàs quàm de externo homine quis intelligere poteſt, ac eius opere demonſtratur. Nam incredibilium inuiſibiliumq; rerum, non eſt alia quàm ab opere probatio, quo quidem ſuam originem demonſtrant. Quapropter inuiſibile corpus hoc, ſuas cogitationes ſolùm vt ventum, iuſſaque ſua habet in totum corpus alterum vt exequatur iſtud, quod illud propoſuerit: qua via leges in ſequẽtibus. Iubar ſplẽdoréq; ſol habet inſenſibilẽ, nihilominus domos incendit, comburit, carbones, cineres & ignem efficit, &c. Quid itidem aliud eſt imaginatio, quàm ſol in homine, qui non aliàs opera-

tur in suo globulo, & in id ad quod splendor eius dirigitur, prout sol in elementa subiecta suum splendorem emittit. Imaginatur vtique homo in subiectum aliquod, & sicut sol vires suas exerit in illa, non aliàs imaginatio suos affectus imprimit in illud: si tamen eo modo adimpleatur vt suũ consequi valeat effectum, vt sol. Nam consistunt ista non solùm in calore frigoreque, sed in quouis opere, prout sol etiam corporalia perficit opera hæc aut illa: sic & imaginatio. Non quòd instrumẽtis corporalibus indigeat vti ferreis, lapideis, &c. sed per seipsam incendit velut sol, & nemo videt eorum igniarium. Depingit itaque suas imaginatio tabellas, instrumentaq; sua pictoria non videntur, at vnà simul adsunt omnia quibus indiget, vt in sole diximus fieri. Non est igitur quòd quispiã ex imaginatione corporalia miretur opera produci, cum & in alijs rebus oculariter videri similia contingit. Sicuti totus humor nihil aliud est quàm imaginatio, quæ pestem & febres in homine nonnunquam operatur, absq; instrumentis, at in censione sola, prout sol. Quamuis hic vt reliquæ stellæ, quælibet vnicã suam vim & virtutem habet. Verùm homo est omnis stella: quicquid imaginatur, hoc ipsum est: vt si de igne cogitet, ignis; et si de bello, bellũ existit, iuxta quam in seipso distinctionẽ facit. Nam in eo tota vis consistit, vt imaginatio sol efficiatur in seipsa. De fundamento vel subiecto

potius

potius imaginationis vt loquamur: hoc duplex eſt, vnum ad quod ipſa cum pręfixa quadam intentione dirigitur: alterum in ſeipſo non præfixum. Vti ſi quis imaginationẽ ſuam eò dirigat, vt alium interficere velit, ac in eadem adhuc hærens ipſemet occiditur. Alterum, vt ſi mulier pręgnans ad rem aliquã ſummo cum deſiderio ſuam dirigat imaginationem, & in eius prole perficitur. Imaginationis itaque duo fundamenta ſunt, per quæ declarari debet. Eius autem perfectionem breuiter ſic explicabimus. Ex deſiderio producitur vel appetitu, qui per inuidiam, aut odium, &c. fuerit excitatus, & ſine quo nihil efficere poteſt imaginatio: cuius etiam effectus hunc appetitum ſequitur. Qui quidem appetitus tam velocis agiliſq; fore deſiderij debet, vt in pręgnantibus: hoc eſt, velut earum appetitus in fœtum imprimitur, ſic etiam intenſus appetitus odij in alium. Vt cognoſcatis vlterius quidnam illud ſit quod imaginationem in ſolem accendit, hoc eſt, efficit vt perficiatur ad operis ſui complementum, notandum erit quod ſequitur. Quicquid pręgnás eſt appetit, veluti ſi mulier prægnans non foret, nulla fieret in fœtũ impreſsio: ſic etiam niſi pręgnátes inuidi forent, eorum imaginatio nullum conſequeretur effectum. Item notato quænam ſit imprędnatio prole carens, at appetitu ſolo promota, quo ſemen acquirit: hoc idem ab imprægnatione mulierum non eſt alienum:

ſiquidem iſta non conſiſtit in ipſis, at in viris, quæ poſtmodum in mulieribus ſuum ſortitur effectum. Poſtquam appetitus conceptus à quopiam fuerit, ſi fortis imaginatio ſubſequatur, ſuccedit etiã impręgnatio: non quòd omnis appetens impręgnetur propriè, hoc eſt, ſemine ſimul imbuatur, ſed appetitus & ſemen ambo perfectam impręgnationem efficiunt: ſine qua nullus etiam ſubſequitur imaginationis effectus. Vt ex prouerbio vulgus loquitur: Communis maledictio communiter accidit: quòd ex corde procedat: nam in eo cordis appetitu, ſemen ad impręgnandum generatur. Similiter patris matrisq; maledictio cum imaginatione ſuper filios imprimitur. Item pauperum maledictio propter imaginationem, & non per verbum ore prolatum in eis impręgnatur, effectumque parit. Non aliàs de captiuorum imaginationibus euenire ſolet. Quapropter animaduertẽdum eſt, rerum externarum formas imaginationes ad ſe trahere cum coloribus, & hac ratione forma coloresq; ſimul conueniunt & præparantur. Nam ſi magnes ferrum ad ſe trahendi facultatem habet, pariter imaginatio ſuum continet magnetem attractiuum, qui quidem eſt impreſsio quædam: ſicuti ſol & cœlum hominem per Vulcani vires fabricant.

Tracta-

Tractatus secundus.

MElius vt imaginatio vobis innotescat, est quòd etiam nõ ignoretis eam per seipsam nil fixi stabilisue imaginari posse, nisi per vires eius attractiuas infusum & confirmatũ fuerit. Veluti mulier quæ prægnás piscem viderit, nisi talis appetitus illam ad imaginationem perduxerit, & postmodum eo loci ad quem directa sit, impresserit, ad fœtum nullo modo perueniet. Item si quis alium inuadere cupit vel interficere gladio, primùm opus est vt instrumentum hoc attrahat, postmodum imprimere poterit: quicquid etiam in imaginationem recipitur, exprimi per eandem potest in aliud, ac si manibus fieret. Pari cœlum ratione ranas in pluuiam demittit, quæ tamen in eo minimè nascuntur, nec earum sperma per ipsum attrahitur, sed non aliàs quàm appetitu mulier fragrum ad se trahit, hoc ipsum accidere solet.

Non secus industrij homines & artificiosi producuntur ex spiritu: nam ex forti frequentique speculatione spiritalis homo potius quàm corporalis efficitur: vti subtiles artifices ex isto spiritu nati sunt. Is enim est qui speculatur in homine, quiq; vires attractiuas continet, ac impresSiones eò perducere potest, vt ex ipsis enascatur spiritus qui Cabalisticá artẽ regere valeat, ac omnia sibi facilima sint, attractioneq; magnetem omnẽ superet.

Hac ratione multi putarunt huiusmodi subtiles spiritus fore sanctos: habenda est in istis tamen optima distinctio, quia multa sub eis delitescunt à fide Christiana plurimùm aliena. Nunc ad mulieres redeundum est, presertim quòd in imaginationibus homines longè superant, hac de causa videlicet, quia magis vltionibus, inuidia, & odio quum incenduntur flagrát. Vbi iam in imaginationem huiusmodi peruenerint, ex qua sibimet perfectum spiritum pepererint, inde supra medium cœlum impressio poterit eleuari, nasciq; in eodem, & ex menstruo quod ex speculatione fabricatum est in cœlo, Vulcanicisq; regionibus infernis, corpus suum assumi: non aliàs quàm vti sculptor suis famulis trũcum vt materiam exhibet, inquiens, Ex eo mihi talem imaginem extruite: quod præceptum quidem iuxta suam imaginationem exequuntur. Imaginationes tales aliquando crucium & aliorum è cœlo signorum decidentium causa fuere. Nam simile corpus est menstruũ: quod autem eleuatur, imaginatio: cuius fœtus est à cœlo decidens impressio. Verùm in imaginationum huiusmodi causam potissimam, præsagia quædam assignari possunt, aliquorum in mundo vermium ortus, & similium enormium accidentium. Ex homine tamen præsagia non egrediuntur, cum ipse nihil futuri cognoscat: vbi tamen in summam acutissimamq; phantasiam se dederit, ad præsagiendum

dum

dum sibi fundamentum posuerit, ac vndique rem exactè perpenderit: spiritum suum eleuat sublimatq́;, vt etiam futura prædicere valeat. Euenire solet etiá vt mulieres ex somnio maximas in phantasias incidant, quas imaginantes ad effectum suum perducunt: multis tamen præter animaduersionem id accidit, quo fit etiam vt non progrediantur ad ipsam imaginationem. Quapropter illæ minimè solæ relinquendæ, ne meláncholiam concipiant alantq́;: verùm in alacritate quanto fieri poterit honestius conseruandæ sunt in aliarum societate: nihil eis admirandi recitando, sed in pura simplicitate solùm educandæ, ne supra modum consuetum spiritus earum eleuetur. Nam earum imaginationes tam asperæ sunt, potissimùm in suo profluuio, sub quo singula sunt in ipsis ordine perturbata, vt iuxta commotionem, ad iramque prouocatioñẽ si quid imaginentur mali cuipiam, fieri vix non possit quin is ab eis contaminetur. Eoq́; tempore prolem suis vberibus lactari minimè tutum est, quoniam ira quicquid imaginatur in prolem propemodum imprimit. Admirandi sanè spiritus à phantasia ducti sunt, ac per somnia, nihilq́; minus quàm contemnendi: maximè quòd eorum origo sit imaginatio, quæ perfectos etiam spiritus efficit potentissimos & eorum efficacissimos quę sunt imaginationibus contenta. Verbi gratia: Si mulier in puerperio decumbens, morituraq́;

morti fiat inimica, mortisq; hoc in odio, vel inuidia diem clauserit extremum; in eiusque decessus termino phantasiam hanc habuerit, qua secum animo voluens optarit mundum totum vnà secum interire: quòd imaginatio talis, & mẽstrui fluxus adsint, ex imaginatione simili spiritus nascitur: & ex menstruo corpus operis, & inde postmodum generalis totius prouinciæ mortalitas: eo quòd in huiuscemodi corpore menstruum illud mortuum aut viuum continetur. Latius vt quæ diximus melius intelligatis, philosophabimur.

Cœlum & terra duo sunt, visibilium & inuisibilium ambo limbus vnus, quare pariter ambo hominem quòd constituunt, imaginatio totum peragrare mundum, vt millena milliaria subticeam, & in cœlum suas imaginationes imprimere potest. Non aliàs etiam ac stellæ nos in terris degentes inficiunt ad mortem, & plerunq; præter datam à nobis occasionem, ipsas inficere possumus. Quandoquidem nostrarum imaginationum speculationes ita sursum attolluntur, ac astrorum impresiones deorsum demittuntur. Verùm istorum infectio, nostra prorsùm est infirmitas.

Signorum autem præter naturam modò qui dictus est impresio, non inficit animam, sed corpus tantùm: pariter ea quę per odium aut inuidiam inditur æqualis est, nec peior ac si manu propria contigisset. Nam idem est,

visibilis aut inuisibilis homo sit. Istorum generationem ab animalibus multigenis, quæ Deus in terris creare voluit ad hominis contemplationem intelligas, vti leæna quæ pullos parit mortuos ipsaque superstes planctu luctuq; suo, &c. Pariter & imaginatio similis naturam quandam, & proprietatem habet animalem: nam vnà cum ipso menstruo situm in oculis habet: imaginatiua quoq; virtus super alia quæque animalia brutaq; sui gradus exaltationem obtinens, non aliàs quàm lazurium vnum colore superat alterum: sic & basiliscus vnà cum imaginatione menstruali supremus est. In exemplum vides mulierem suos menses patientem aspectu solo speculi splendorem obfuscare: non secus euenit quum in oculos alterius intuetur, maculas, stillas, aliosque defectus imprimere potest: quorum originem falsò medici sæpius interpretati sunt.

Quapropter si tale quid in primo suæ quidem exaltationis gradu, quid in maiori possint per basiliscum, qui nihil aliud est, quàm speculator & phantasticus ex menstruali virulentia venenoq; generatus, in eius oculis existente loco matricis & crystallini, quę vnū & idem sunt, existima. Nam quotcunq; potest basiliscus, efficit hoc eius imaginatio, nimiū in appetitu, suoq; desiderio fixa, mortemque viuentibus omnibus optante, quæ sui spectant oculi. Nobis id in exemplum accidit, vt

imaginationibus noſtris dominemur, & illas in nos dominium habere minimè ſinamus. Ab his quę dicta ſunt, vtpote vires imaginatiuas in homines tyrannidem læua Saturni manu ſuam exercente iudicari poteſt, non ſine cauſa Deũ vini ciborumq; genera varia creaſſe in hominis recreationem, quibus contrarijs ſuis effectibus, à Saturninis illis ad Iouialia retrahi valeret: nec tamen abuteretur ad Martem vſque. De cætero quòd ſiniſtras imaginationes plerunque ſolùm agere gignat, vti Deus hominem ſolùm fore non probat ore proprio, viro mulierem, & huic virum adiunxit, vt ſocietate mutua delectati, rerum quæ diximus obliuiſcerentur. Imaginationes mulieres potiſsimùm prægnantes infeſtant, quum aliquid videntes, idque concipientes animo, vel eo terræfactæ metuunt, vel delectatæ nimium appetunt, &c. indeque proli ſuæ forma ſimilis acquiritur, ac ſi talis in eadem prole nata foret imaginatio. Super his notandum eſt ſex iſta, nempe timor, terror, appetitus, deſiderium, læticia, necnon odium, cum ſuis appendicibus hominum aſtra ſuperare, ducereq; prout volunt, id eſt, regere. Aſtrum item ſpiritus eſt, qui hoc loco format, ad ſe trahit, imprimit, ac imaginationis faber exiſtit: quod autem eorum ſex in imaginationem venerit, huic artifici commiſſum eſt ad eam reducere formam, qua viſum aut conceptum fuerit: operationiſque mo-

momentum eſt determinatum, non prolixius fabrilis magiſterij tempus, quo producitur, ac ibidem conſiſtit adimpletum opus.

Quînam tremor, timor, &c. hæc efficiant intellige: videlicet imaginationem ab iſtis conuinci, necnon omne quo ſupra modum redditur quis anxius præ timore vel alijs, id ipſum euenit: ſiquidem ea ſex quæ ſuprà dicta ſunt, ſpiritum imaginationis generant: quo genito mox idipſum adeſt cuius cauſa productus fuit.

Ad horum concluſionem poſtremumq́ue fundamentum imaginationis animaduertendum eſt ſpiritum huius eſſe fabrum, qui ſpirituum poteſtatem habet ea perficiendi quæ prædicta ſex concipiunt, eo modo qui ſuprà narratus eſt: coloribus & inſtrumentis quibus ſpiritus vti ſolent. Pleraq; de his alia dici poſſent, quæ quidem expertis & ab huiuſmodi ſemine rerum edoctis relinquo: videant vt ipſi quàm varijs imaginatio vijs operetur.

Superuacaneum etiam foret plura de his hoc loco ſcribere, talia cum indies oculariter accidere ſit notiſsimum. Quapropter vbi mulier admirabilem eiuſmodi partum produxerit, imaginatione factum eſſe iudicandum eſt: pariter & quum iſta quempiam, vti ſuprà diximus, occiderit, aut infirmitate, ſuis maledictionibus, optatis, imprecationibus, & cæteris inſtrumentis ſuis infecerit. Habemus autem præceptum vt illa relinquamus,

& media quibus obuenire possumus, vti bibendo vel edendo, aliaq; faciendo, quæ tollant otium imaginationum radicem potissimam: quæque Dei præceptis contraria non fuerint exercendo. Opere namq; laboréue speculatio quæuis impeditur, ex qua quidem idololatria necnon prędicta vitia sumpserunt originem. Et licet in Sacris literis habeatur: Scrutemini scripturas, &c. non intelligitur per imaginationem propriam, sed per earundem scripturarum spiritum, in quo veri philosophi quotquot sunt fundari deberent, ne per spiritum imaginationum seducerentur, à viaque veritatis vnà cum doctorum virorum parte maxima deflecterent.

De maleficis & eorum operibus.

Prologus.

MOyses coram Pharaone virgam suam ex ore Dei mutauit in serpentem: hoc Deus ipse fecit. Magi suam & in serpentem conuerterunt ex diabolo, qui docuit eos. Ista mihi scribendi prębent argumentum & malum à bono distinguendi: non aliàs quàm in pulcherrimo flore, quem vulgus magni facit venenum delitescere, necnon in vilissimo virtutem occultam fore medicus indicat. Cum itaque Deus hominibus, quibus in simplicitate præcepit ambulare, duces præfi-

præfixerit, & iſtis dederit ſapiētiam, qua ſuos in ea vitæ puritate conſeruarent: cumq; Cęſari quod eius eſt dari voluerit, ac ſubditos in ſimplicitate, non in aſtutia, neque in mundana ſapientia ſub eius imperio viuere (quod Paulus ait: Obedite magiſtratibus, etiam malis) ducum, & in omnibus præfectorum eſt habenda ratio reſpectusque maximus: nam quis inter iſtos à Deo non edoctus eſt? Quapropter ex huiuſmodi ſapientia ſunt hominum opera diſcernenda (nempe quæ maleficia dicuntur) & cognoſcenda, ne vulgus in iſtis palliatis operibus per ſeipſum ſeducatur, at iudicare valeat ea, quæ prius ob ſuam cæcitatem percipere minimè potuerat. Vale.

CAP. I.

IN primis quanta ſit vis atque poteſtas hominis optimè qui cognouerit, opinionem in his meam facilè percipiet. Cuncta ſunt homini ſubiecta, cùm in delectationem, tum ad ſuam neceſſitatem vt vtatur: ſapientiamque perfectam habet, ac poteſtatē omnia quę dicta ſunt in ſuam vtilitatē conuertendi, præparandiq;, &c. Nec eſt quòd ipſe de formis ſit anxius, &c. quæ rebus illis ineſſe debent: hoc ipſum Deo relinquit & naturæ, ſcilicet vt fiat idipſum quod ſuis manibus cōtrectat homo, necnon vlterius fieri cupit quod optat: ob eius petitionem ſimilem natura conſtruit

illi, ſculpit, & coloribus ornat: ſerere, plantareq́; dominum ſinit, ipſa verò quod reliquum eſt procurat, abſque alia quauis additione per dominum rei facta.

CAP. II.

TAli quidem ordine terra creata eſt, vt regiones Auſtri ſuos fructus floresq́; ferant, quum Septentrionalis nouũ primumq́; verſuum vix habeat, Alpesq́; niuibus adhuc tegantur. Hoc eſt, vbi vno in loco meſſis fuerit, alio ſeritur, diuerſisq́; temporibus æſtatem & hyemem citius vel tardius habẽt. Hæc & ſimilia fieri miratur vulgus, credereq́; vix vllo modo poteſt, aliquo in loco produci, quæ non eiſdem naſci temporibus alibi contingit. Item Hyberniam quodam anni tempore noctium expertem, oppoſitis oppoſito fieri tempore mirum eſſe videtur, qui rem ipſam non intelligunt: econtrà mirum Hybernis quod ſuis antipodibus contingit, vtpote nox, quum ipſi diem habent: ſic de reliquis terræ ſitibus longitudine, latitudine, vel oppoſitione directa differentibus. Et ſi bene terræ globus ad ſolis in zodiaco gradum comparetur, ſingulis diebus Aprilis, Maius, & reliqui menſes erunt: meſsis & ſatio ſemper. Temporum immutatio talis eſt, vt videtur: Germanorũ ſiquidem ſabbatum Iudæorum ſabbato ſerius obſeruatur, & Luſitanorũ lunationes diebus duodecim tardius

quàm

quàm Orientalium: nec propterea numerus annuus alicubi locorum est irritus. Quibus omnibus homo præfectus est, vt quod in Occidente repererit, hoc ipsum in Oriente plantare valeat, & Septentrionalia quæuis in Meridiem, ac per semina suum in hortum à locis transmarinis serere feliciter, &c.

CAP. III.

POrrò naturaliter ea fieri certum est, opificio naturæ: nempe si rosa recens deferatur, vnde viget æstas in regionem, in qua riget media bruma: vulgus iudicare potest eam ibidem adesse naturaliter, quòd ex loco veniat, in quo floret æstas. Non aliàs per magũ ex brumalibus, celeritate quadam cieri nix poterit in æstuantia loca. Magus tamen rosas non formauit, niuemque minus, at per magicos nuncios, qui parum à Cabalisticis discrepant mysterijs, adferri curauit à regionibus, in quibus erant, in illas, quibus vel incognita sunt, vel ob hyemem in eo loco rigentem illo tempore saltem insueta. Sic magicè plurima transportantur ad impertinentia loca, non aliàs quàm ciconiæ fœtum in Germania natum ad vltramarinas regiones ducunt.

CAP. IIII.

SIcuti suprà dictum est, impressiones meteoricas & potentias hominum conuenire simul, pariter eisdem vtuntur impres-

ſionibus aſcendentia, quibus materiam mineralium in montium cauernis locisque ſecretioribus congregant, & ibidem arte Vulcanica intempeſtatum molitiones fabricant, quæ poſtmodum in turbines atque procellas erumpunt naturaliter: nam aliàs contra naturam nihil efficere poſſunt. Artes iſtæ plurimùm admirandæ ſunt, hominibusque non vſque adeò notæ, ſed naturales: quarum operationibus è ſpecu nonnunquam videre licet ventorum erumpentium tantos impetus eo loco ſe conferentes, ad quem pacto licitati ſunt, vt valde mirum ſit videntibus. Quotieſcunque ſimile quid contigerit, exiſtimandum eſt vicehomines artibus ſubtiliſſimis humanam experientiam excellentibus vſos fuiſſe. Nulla tamen penes iſtos ars tam occulta fore poteſt, quin manifeſta ſit hominibus in terris futura, prius quàm ſoluatur vniuerſa mundi machina: tunc apparebit oculariter ea per naturam & eius artificium eueniſſe, quæ hucuſque diabolo fuerunt adſcripta: qui pilum vnum album aut nigrum ex ſeipſo reddere non poteſt. Verùm in quantum ipſa natura per tranſmutationem res immutare valet, eiuſque poteſtas extenditur, ſuperiorum etiam aſcendentium ars quam falſò fore ſupra naturam & labores diaboli plerique putant, efficere poteſt: & iſte ſolùm ex naturalium artium huiuſmodi viribus, &c.

CAP.

CAP. V.

POſſunt etiam alia ratione temporũ commotiones intempeſtatesq́; fieri, ſicuti videtur in terris varias ab hominibus artes inueniri meteoricis generationibus non abſimiles. Nã vti cœleſtes generationes fiunt in cœlo, ſimiliter in terra naturaliter, per mineralia meteorica quædã opera demonſtrantur. In exemplum: Si ſalpetræ cũ aluminoſa ſubſtantia miſceatur magna quantitate ſuper terrã, accendaturq́; priuſquã præparata ſint, mixtũ hoc in fumũ aſſurgit ad interſtitium ferè medium vſq;, nubẽ in aere generans: quæ per ſeipſam poſtmodum reſoluitur in guttas aqueas, pluuiamq́; verã. Per huiuſcemodi cõpoſitiones fulgura tonitruaq́; reperta ſunt: nã ex mineralibus impreſsionibus oriuntur: fieriq́; poteſt, vt ſimiles artes, quæ naturaliter ex montibus prorumpunt, pluuiaſq́;, necnon alias mutationes adferũt, hominibus naturæ myſterijs innoteſcant: quibus etiam per Vulcanicas artes & huiuſmodi naruraliũ elementatorum notitiã factu ſimile q̃d poſsibile fuerit. Quod ex ſaliſpetræ maximis viribus & impetu manifeſtatum eſt, videlicet fulgura tonitruaq́; fieri. Nec ſolùm iſta, verùm naturæ myſteria plura poſſunt, hîc non recitanda.

CAP. VI.

AD practicã eorum, quę per ſagas fiunt, & ſceleratis operibus ad oculũ demonſtrantur, aſcendẽtiumq́; ſuorum adim-

plentur viribus vt veniamus, vti sunt fulminis excitatio, niuis & similium: quînam illa fiant, enarrabimus. Primò notandum est, sagam nullam esse posse, quæ non sit cum ascendente venefico nata: à quo si per educationē honestam separata non fuerit, ascendēs ei dominabitur. Tale quidem ascendēs totius sphæræ cœlestis habet noticiam, in qua singulis diebus æstiuæ necnon hyemales stellæ reperiuntur, & quauis hora sagis momentum indicat, quo suū opus adimplere valeant. Sciendum est vlterius intempestates ab ascendentibus fieri, iuxta ceremoniarum vsus: adferūt materiam à locis in quibus earum fit generatio, quam eò deferūt, quousq; radius inuidiæ, vel odij pertingit. Et in testimonium illis, quòd ipsum ascendens firmiter in istis operetur, sceptrum conficere docet quaternis capitibus, aut globis terminans in eius summitate, quod ventos refert quatuor: hoc ipsum iuxta quatuor mundi plagas erigere, malleoloque percutere, quod partē respicit, à qua volunt intempestatem procedere, ceremonijs quas docuit, intercedentibus. Malleationibus huiusmodi continuātibus, recedit ascendens in regionem præfixam, à qua semen adfert, id est, materiā intempestatis, eamq; spargit in locum ad quem inuidię radius directus fuit: non aliàs quàm ferrum à mille milliaribus allatum, quum eò loci peruenerit, cui deputatum est, cuditur ex ipso quod fieri debuit:

buit: quod si homo, multo magis nouerit spiritus ipse.

CAP. VII.

COelum est instar agri: quicquid in eo producitur, obseruant eius agricolæ, qui fabri sunt, fusores, &c. fructuũ cœlestium in terram decidentium: tonitrui, fulminis, aut niuis materiam aliquam tamdiu suspensam retinere possunt, quoad congruũ illis visum fuerit. Non aliàs quàm faber argentarius tamdiu suum argentum seruat immotum, donec mercator veniat, &c. tũ primùm illud ex istius ordine votoque fabricat. Et quemadmodum fabris à mercatoribus arra dari solet in pacti confirmationem, sic etiam hoc pacto sagæ crines in arrhaboné dare suos consueuerũt, aut quos ab alijs suffuratæ sunt: quamuis ascendens istos rarò velit accipere, sed proprios sagarũ expetat, prius quàm intempestatem præparet: hoc inter sese pangunt. Faber aut agricola stellarum intempestatis, fulminis lapides, non secus ac monetarius cuprum & argentum simul in monetam cudit, æsq; vini tartaro palliat forinsecus: ac velut iste metalla sua tractat, ascendens iuxta sagæ cum eo pactum initum stellas prædictas in fulmen fabricat.

CAP. VIII.

CVdendum inter artifex terminos consi derat, quos inuidiæ vel odij sagæ radius incluserit, mox inde fabrefactum hoc suũ opus non longius eiaculatur: vti ballistarius iaculum ad aliquot millia passuum, non vltra metam emittere solet. Non aliàs quàm tormento iaculum emissum cum suo tonitru, vehementius rectiusque vice homines isti suas contingere metas, tonitruiq; sui maiores sonos edere norunt, fulmenq; suum acrius & celerius in terram demittere, quàm à sua bõbarda sphæra quæuis eiaculari queat. Si hoc ipsum elemẽtum per se foret igneum, veluti mera glacies, igne tamẽ acta: quid huic in terris quin comminueretur vrereturq; resistere posset? Iaculum fulminis quo ferit his pactis rarò comprehẽdi solet, verùm ex propria malitia superueniens est: quo sathan per uersitatem suam demonstret, adimplereq; va leat. Sic etiam naturaliter fabricantur fulmina, quæ postmodum in terram demittuntur ex proprietate naturalis odij, necnon vti pro ballistarum fortiori, vel intensione debiliori iacula flaccidius aut acrius imprimuntur, vnum altero fulmen acrius fabrefactum est: sicuti non omnia dat ex æquo natura, quod à pueris videri potest, qui licet omnes pu eri, non tamen æquales existunt.

CAP.

CAP. IX.

IDem iudicium de niue, pluuia, nubium di ruptionibus, pruina, gelu, æſtu, procellis, turbinibus, ac alijs quæ laboribus hominum detrimentum adferunt, intelligendum eſt. Si poſſunt in aula quapiam homines efficere, vel in ſuis æſtuarijs, vt ab vna parte maximus algor æſtusq́ue percipiatur ab altera, nec ob id miratur quiſquam: aſcendentia multo melius in campis idem efficient inſtrumentis quibus vtuntur inuiſibilibus: & hoc iuxta pactum cũ ſagis initum. Adeſt etiam in arram aliquod ſignum, vti capillorum pars de capite, vel verendis regionibus abraſorum, aut ſub axillis, vt cognoſci queat ea cuius huiuſmodi capilli fuerint. Poſtquam intempeſtates iſtæ ceſſauerint, quod reliquerunt ita congelatum eſt, vt nullo modo ſicuti non coacta fulmina liqueſcant: nam opus omne quod pacto licitatum eſt, & arra, ſumma diligentia fieri debet, vt ex optimo lancea ligno ferroq́ue tormentum bombardicum ex meliori materia, chalybs ex ferro duriſsimo: cum tamen aratrum ex viliſsimo, diligentiaq́ue minori fabricetur. Similiter iſta fulmina maximo ſunt aſtralium fabrorum artificio fabrefacta, quò ſit, vt non reſoluantur eorum vt aliorum iacula: de quibus hactenus, quod latius in iſtis cognoſcendum ſit, audite.

CAP. X.

QVicunque ſpirituum vires non intelligunt, in ſummam admirationem ob ea quæ hoc loco tractata ſunt, adducentur: nam Chriſtus ait, Cœli virtutes commouebuntur, &c. quod idem eſt, ac ſi diceret, Quum cœlicæ res commotę fuerint, vobis id fieri ſupra naturam videbitur. In exemplum fures videtis cum furto fugientes, à ſagis cum eodem reuocari præter tactũ, ſed imaginum ſuarum percuſsionibus: eorum etiam corpora ſimiles ictus eodem loco percipiũt, in quo fit imaginũ eiuſcemodi verberatio, cute quidem integra manente. Quanam ratione hoc fiat, ſic intelligetis. Sicuti ſpiritus & paries aut murus quos abſque foramine ſolidúmue quoduis penetrant, ad ſe mutuò comparari poſſunt: homo ſe per argumentum à minori habet erga ſpiritum, propter ſoliditatem longè minorem ſui corporis. Qua via pariter in hominem ſtramen & inſueta quæuis indant, exẽplo hoc percipere poteris. Manu ſi quiſpiam lapidem abſconderit, clauſumque pugnum truſerit in aquam, apertaq; lapillum ad fundum cadere permiſerit, poſtea manũ retraxerit: foramen quod fecerat, non apparet amplius, nec videri poteſt meatus aliquis per quem introierit lapis. Similiter intelligẽdum eſt, hominem ad ſpirituum vires, vt aqua poſſe comparari ad ipſius hominis corpus, & hoc ad aquam: ſic viciſsim vnum ad alterum ſe habere

bere. Qua ratione ſpiritus in humanum corpus ſolida quæuis indere poſſunt, ſagarum factionibus, quæ ſæpenumero veneficijs infectos vidiſtis, vel audiuiſtis euomuiſſe.

CAP. XI.

EST etiam in ſagarum aſcendentibus alia venefica poteſtas, qua membrorum impotentiam & infinitos morbos, quos ex ordine recitare non bene poſsibile foret, per ſua ſtramina, porcorū ſetas, oſſa, corium, fragmenta quorumuis, glomera, plumas, teſtarum fruſta, fuſorum cuſpides, abiecta ruptaque linteola, ſpolia piſcium, ac alia pleraque ſimilia, quorum non eſt numerus, præter cutis læſionem, aut ſignum quo locus videri queat, per quem intrauerint, hominum corporibus inferunt. Idemque fore videtur, ac ſi viſibili quodam impetu, locus in quem inuiſibilis eiaculatio fuit impreſſa, læderetur: quá quidem eiaculationem infirmitas ſubſequitur naturalis intolerabiliſque dolor. Quod facilè coniectari poteſt ab his, quæ ſunt in corpus hominis introducta: tanto viſibilibus iaculorū ictibus impreſsis periculoſiora, quòd nullus ad ea pateat aditus, per quem poſsint eijci, velut ea quæ bombardis aut balliſtis iniecta ſunt, vel ſimilibus inſtrumētis. Nam vti hamatum periculoſius telum eſt alio recto, quòd retrahi ſine maximo periculo non bene valeat: ſic etiam illa quæ naturalibus viribus

infixa fuerunt longè deteriora, maioresque dolores inferentia, totum corpus citiùs perdant, vt ad pristinū statum vix redire valeat, quàm ab eo possint extrahi.

CAP. XII.

PER similes & veneficos contactus nonnunquam viris genitoria virtus adimitur, præsertim quum sagæ virum & vxorem inter dissidium ponere moliuntur. Et licet in hac arte plurimis vtantur naturalibus, vt radicibus, orationibus, verbis, crucibus, alijsque ceremonijs, quæ singula mater & fundamentum superstitionis existunt: ex qua superstitione vana hæc opera sumunt originem, per fidem quæ similibus adhibetur tantùm: nihilominus per se nihil efficiunt, at solus ab ascendente contactus in corpora factus totum hoc opus adimplet. Nec solùm eiaculatur, verùm etiam contactum facit, vt suprà narratum est, quo renes impotentes omnino reddit: non aliàs quàm piscator manum suam in aquas irruens, piscem eo contactu vel interire cogit, aut languere donec moriatur in aquis. Sic etiam ascendens in osseos irruit, originem & fontem eorum exiccat, quo facto sequuntur infirmitates aliæ, sicuti hernia, paralysis, &c.

In pueris iunioribus atque prouectioribus huiusmodi contactus fiunt, nedum in prædicta, verùm etiam in iecur & pulmonem,

nem, confinijs istorum nulla parte contaminatis: pariter in cor ipsum illæsis quibus includitur capsulis.

Item surdos & maniacos homines aliquando reddunt, qui falsò putantur cerebra carorum edisse: quam superstitionem diabolus excogitauit, vt sagarum opera venefica melius contegere posset. Ascendentia talia plerunq; vetularum sunt, quæ iuniores mulierculas venefica suis pocula philtraque viris exhibere docent, quibus ad maiorem eos concitent amorem: easque potiones à suis didicerunt ascendentibus, veri nihil docentibus, at solùm vt hac occasione sumpta suos contactus inferant.

CAP. XIII.

HAC via concipiuntur amores, non honesti, sed vitiosi: qui licet etiam ad coniugium perueniant, nulla tamen eius fit vnio. Nam quicquid in suas personas hac ratione moliuntur ascendentia, id omne vergit in summam inimicitiam, eoq; peruenit vt vtrunque suam regat, odioque plenam in alteram omnino reddat. In veris pariter & pacificis coniugijs, plerunque sagæ discordiæ semen suum ex inuidia serunt. In exemplum simile proponamus coniugium, & sagam odio motam in vxorē proprio vel alieno, quæ viro pellicē cōciliare velit, copulareue potiꝰ. In primis à ceremoniarū superstitione sumit

exordium, & ex tali fide putatitia suum ascendens operatur, conspirationemque facit cum ascendente viri: non alias quàm vbi duo conueniunt, vt cuipiam tertio damnum inferant. Quum autem vir sua non careat inuidia, tam calidum est eius ascendens, vt eandem in auxilium assumat, in eaq; fundatum, vxori præbet occasionem pellici, non vsque adeò disconuenientem: inuidiæ iam natæ viribus irruit ascendens, ac si loqueretur: hæc & similia sunt à proba coniuge prorsum aliena. Per eiusmodi concitationes alio modo scriptu minimè necessarias, eò rem perducit, vt inde mox nascatur inimicitia: qua iam orta rursus vtramque partem incitat, alteriq; vel ambobus concubitus illicitos promouet internuntijs ore copulantibus, & ascendentis vrgente stimulo. Isti planetæ sunt, qui meretrices & earum concubitores efficiunt, non Venus ipsa: quos describere variasq; vel potius nefarias operationes eorum, qui cuperet, vix ingens papyri copia posset capere.

CAP. XIIII.

EST & alia sagarum veterũ & iuniorum ars concubinaria, qua vulgariter cum diabolis rem Veneream exercere perhibetur. Hoc tamen sic intelligendum est. Diabolus omnia quæcunque potest in vitium detorquet, vt illis boni si quid insit, quod quum summè displiceat, etiam impediat.

diat. Non eſt enim diabolus concubitor, ſed aſcendens, quod in malam partem ſiniſtramque declinauit. Quandoquidem non ſecus ac homines inter boni malique reperiuntur, ſic & aſcendentia: quorum quæ peruerſam amplexa partem fuerint, cum ſagis laſciuiam exercent, qua naturale ſemen pereat, vxores ab amore vero coniugium recedant, ac inter ipſos quæ pax & vnio prius fuit, mutentur in diſcordiam & maximum odium, vt ſuprà narratum eſt. Operis huius efficacia non poteſt alia fore, quàm ſit corporis ad illud complendum aſſumpti poteſtas: nō quidem naturalis, at omnino contra naturam. Nihil per ſe generat aſcendens, quòd nullum ſemen habeat, ni fortè brutale ſumpſerit, ex quo nefandæ generationes prodeūt: hoc medio ſcilicet. Plerunque ſolet aſcendens eiuſmodi ſe in capram, vel canem tranſmutare: hoc eſt, bruta ſimilia ſubintrare, quorum viribus actum adimplet: quapropter ex iunioribus ſagis in brutali forma partus inueniuntur. De puerperis iſtis Germanicum habetur prouerbium hoc (Sie ſein auff den Hawberg gefaren) idem eſt ac puella prægnans ad balnea ſe conferat, ibidemque ſecretò curetur, ac ſana pòſt redeat. Pariter & ſagæ confluunt ad ſua balnea, quod Germanicis verbis dicitur (Auff dem Hawb erg kommen die hexen zuſammen.

CAP. XV.

QVamuis ſagarum ſpiritus iſte concubitorius capras animaliaq; ſyluestria, necnon anſeres, &c. ſubintret : vnde prouerbium illud, Anſerinos diabolus pedes habet, quòd hæc potiſsimùm animalia ſumat pro corpore: nihilominus vmbra quadam in ſimilitudinem hominis quandoque ſe transformat.

Et præterea ſibimet corpus fabricat, non aliàs quàm ex luto figulus imaginem fingit: ita ſibi componit ille materiam, prout ſuccubus & incubus. Quum itaque motio talis, inſtrumentis delectationem adferat, exiſtimatur omnia verè ſucceſsiſſe, quum tamen præter compoſitum contra naturam opus nil aliud extiterit. Formam hanc eo modo congelat, quo videmus ſalnitrum in aqua pura formam recipere: calore quandoque coagulat eam, tunc adurit: quæ tamen ſi congelata fuerit, nõ aliàs ac ipſa glacies frigefacit: quod vbi contigerit, locus ille prorſus corrumpitur.

Euenire ſolet etiam, vt in formam ignis appareat ſimilem draconi: cuius cauſa eſt, vt tam enormia detegantur, morteque digna plectantur facinora. Vel aliàs ipſemet earum domos comburit, aut in ſuo monte horrendus illis apparet. Draco talis etiam edit, hoc eſt, edere ſe fingit, vt occaſionem inde ſu-

de ſumat, niſi præbeatur illi quod abſumere queat, iraſcendi, necnon magis accenſus, flammas à ſe diſcutiendi, quibus incendat omnia, comburatq́; ſimul, vt manifeſta ſint veneficorum & ſagarum non ſatis deteſtabilia vita, ſupplicioq́; merito pereant.

CAP. XVI.

PRæterea conditionem ac artem habent ſagæ, qua baculis, furcilibus, palleis, ac alijs rebus inſidentes per caminum euolant, ſeſe prius cati lupi'ue perunctis adipe, aſininoq́; lacte: quibus ineſſe rebus quidpiam artis exiſtimant, quum reuera nihil ad rem faciant illis, qui ad veneficia natura quidem aptę ſunt, nec etiam verba quicquam proſunt. Verùm quæ non ſunt natæ ſub iſtis aſcendentibus, iuuante ſola ſuperſtitionis vana fide, poſſunt eiſdẽ ceremonijs & vnctionibus obſeruatis cum cæteris euolare: quod idem eſt, ac ſi quis eo potiatur, quod alteri præparatũ fuerat. Eiuſmodi ſui volatus cauſa eſt, quòd concubini ſagarum ſpiritus exiſtunt, hoc fit, vt ſimul conueniant: quapropter à ſuis aſcendentibus ad locum deferuntur, in quo talis conuentus fieri conſueuit, ſcilicet in monte vulgari Germanico Hawberg nuncupato. Locus eſt in quo ſagæ cũ ſuis aſcendentibus concilium celebrãt: ab hominũ cõſortio remotæ nõ impediũtur ea quę ſuis in domib9 minimè poſſent ibidẽ adimplere, ſeſe caſtigando, vel

instruendo, conſpirando, ſeu conſultando, quidnam efficere mali queant, ac in ſumma vitioſa veneficia quæque perficere.

CAP. XVII.

SAgarum igitur euolatus nulla prorſum arte conſtat, quoniam eas qui voluerit in Venefico monte cæteris adeſſe, pariter eò deferre cogitur, ſiue per camini ductum, aut alia quacunque via voluerit. Non ſunt itaque ſuperſtitiones earum aliud nil, quàm vmbræ, quibus nulla vis ineſt: quòd ſpiritus ferre ſolus, atque portare præter furcas aut ſtipites valeat, &c. Sed portatus ille vento ſimilis eſt, qui flat à Septentrione vergens in Meridiem, à terra plumam eleuans in altum, & ante ſe, donec eò loci veniat in quo ſteterit. Sunt ergo ſpiritus acri, ventoque perſimiles, aut flatui per os emiſſo: non aliàs & ipſi poſt ſagarum tergora flant, quouſque ventum ſit ad eum locum, qui communiter à Germanis (Hawberg) nuncupatur: quem Latinè melius hac vice reddere nequiui, quàm Veneficus mons, à veneficarum in eo ſagarum conuentu. Iſti pro- ut cæteri ſpiritus inuiſibiles, verùm tactu perceptibiles inſtar venti ſunt, portatisq; ſufflatus eorum in aere percipiuntur. Veruntamē volandum inter loqui non audent, retroſpicereq; minus: locutio vetita eſt illis, quòd

huiuſce-

huiuſcemodi ſpiritus humanā vocem vix tolerare valeāt, in pacto fiat, quod hoc loco nō admittitur: reſpicere pòſt illis nō licet, ne violentum ſpiritus flabrum corpora ſubintrans, lepram eis inferat, aut in facie deformationē. Potiſsima tamen ratio, cur loqui non liceat ſagis delatis eſt, quòd eiuſmodi ſpiritus metuunt, ne nominetur is, qui condemnauit eos altiſsimus.

CAP. XVIII.

EST quòd intelligatur, quænam ſit ea rabioſa meretrix nominata, vtpote veneficarum perſonarum congregatio, non abſimilis ei quæ fit ex illis qui ſimul ad annuas tēplorum dedicationes confluunt. Clarius, cum ſpiritus iſti ſagis cum eo modo quo ſuccubi & incubi rem habeant, & aſpectu grauidæ fore videantur, & verè monſtris grauidæ ſint mirabilibus, vti ſuperius dictum eſt: ſuis in domibus minimè pariunt. Quo fit vt cogitent, non ſecus atq; falſa virgo plena fœtu, quinam ſecretò pariant. Nam ſicuti virgines iſtius farinæ balnea petunt remotiſsima: meretrices illæ dæmonum peregrè proficiſcuntur cum ſuis amaſijs ad ſua balnea, copulatæ ligatæúe ſimul baculis inſidentes, vltra ſupraq; ciuitates, pagos, montes atq; valles, donec ad Veneficum mōtem perueniant in quo ſanantur à puerperio, negociaq; ſua diligenter expediunt. Eſtq; ſimilis conuocatio

vel conuentus, qualis capitulorum prouincialium: ita concurrit omne quod ea via grauidum esse putat, vel à veneficis consilium quærit: furcis baculisq; turmatim in aere, militum instar ex ordine feruntur. Ascendentia non secus amasias præ se flant, ac puluinar turgidum plumis euacuatumq;, simul omnes fugiũt ante venti faciem, noctu potissimùm, quòd interdiu nihil efficere queant (quia lucem fugiunt) noctemq; diligant ob tenebras & quietem.

CAP. XIX.

APprimè pro Tractatus huius rei cõclusione, diligenterq; notandum est, si iuuentus piè, sicut antea tetigimus, instructa non fuerit educataq;, necnon ascendentia perseuerauerint, facilè seducitur à dæmonio, quod impellit eam ad ipsum, ad quod inclinata fuerint ascendentia mala. Sic fures ortum habent qui non priuantur suis ascendẽtibus, donec separet eos laqueus: sic latrones, homicidæ, scortatores, aleatores, &c. pariter omnes quotquot Christi verbum contemnunt, contraq; doctrinam eius agunt, & in vijs Domini non ambulát. Illi spiritus existunt, quorum nos commonet Christus in Euangelio, cauereq; docet ab eorum insidijs: nam cuiq; sui nequaquam dormiunt inimici, Sunt enim ascendentia, per quæ falsi prophetæ fiunt: nam istorum natiuitatis ortum subintrat

intrat sathan, pallium excogitans quo tegatur omne crimen à suo perditionis filio conmissum, vt illi tam acriter adscriptum non sit, ac seuerè Christus similes maledixerit spiritus: pallium hoc est, agnatum inquiunt illi fuit, habebit Omnipotens erga suam creaturam, quòd luna compulerit misericordiam, est ergo maledicta luna, non homo: quod falsum esse constat: in hominem enim ea maledictio cadit, non in lunam, neque in scorpionem. Notandum igitur vitiorum genera quęuis ab ascendentibus procedere. Pari modo sagæ fiunt à sua natiuitate, quia ni fortè spiritus venefici pater atque productor extirpetur, in sagis radicem figit, in eis tamdiu perseuerans donec instruxerit ac seduxerit, non aliàs quàm furem docet furari paulatim vanis delicijs alliciens, vt nulla naturæ lux in eis lucere valeat.

CAP. XX.

CVm igitur ab infantia paulatim excrescant sagæ veneficiq;, summopere notanda veniunt infantium hora natiuitatis, atq; minuta, pariter & ascendētium proprietates à quibus ea quæ diximus oriuntur, & successiuè crescunt. Hoc etiam hîc prætereundum non est, in hora conceptionis talem spiritibus datam intrādi non esse potestatem, qualē in hora natiuitatis habent. Eorū tamen petulantia tanta est, vt etiam in conceptione

moliantur introitum, at multa sunt ibidem, quæ conatus eorum atque vires labefaciunt, vt eis ingredi non bene liceat: propter quam etiam resistentiam, puerperis non parum accidere dolorum solet. Postquam infans iam ascendens receperit, eoq; tempore signum ascenderit malitiæ, latet in puero (quem in sua manere pueritia permittit) ascendens, eò quòd instrumentis careat, quibus ad implendam suam nequitiam indiget, quæq; prius in senectute, vel paulo ante eam crescũt. Quamuis aliquoties euenire soleat, vt infans à cunabulis ac nudus nõnulla patefaciat, quæ suam infantiam prætereũt superátq;: spirituum est in eo latentium aliqua manifestatio. Quæ tamen hîc tractata sunt, intelliguntur in quantum ea pleno quodam intellectu caro comprehendere, perficereq; valeat: veluti furem oportet ad eam ætatem peruenisse qua furtum committere posit: item sagas ad suam in qua iuxta carnale desiderium, appetitus satiare suos valeant.

CAP. XXI.

QVicquid in prouecta nos ætate decet, huic à pueritia deberemus assuefieri per bonas instructiones parẽtum, aut magistrorum. Nam quod à iuuentute consueuit in homine, lapidis instar fixum est, super quod fundamentum ędificat ipsa natura. Veluti

luti Christus etiam spiritualiter super petram Petrum ædificauit: & vt Christi non labitur ædificium, sic etiam quod natura super petram assuefactionis ædificat, fixum est. Quòd spiritus in sua doctrina per totam ætatẽ, præsertim vbi magistrorum pia sequitur instructio, retinere nos minimè possint, suum in hora natiuitatis ascensum accelerant, vt primi sint infantium duces: & quamuis alij postmodum aduenianт, ascendentia nihilominus gaudent primordijs: quandoquidem prioribus magis quàm posterioribus afficimur. Carneos etiam affectus ab Adamo retinuimus, non ex astris, cui carni quidem adhæret inuidia cum odio, necnon infidelitate maxima, &c. Corruptiones istas augmentum indies sumere sinit ascendens, donec ad supremam exaltationẽ deuenerint. Quum tandem perceperit agnatam inuidiam ad suum facinus idoneam eam arripit. Nulla siquidem saga reperitur in qua supremi gradus inuidiæ, perfidiæq; non fuerint. Obseruat itaque tantisper ascendens, donec instrumentum in manu sua teneat, hoc vtitur pro suo arbitrio: nam in senectute fixam consuetudinem adeptum est.

CAP. XXII.

MOx atque vindictæ, nocendiq; proximo nactum est instrumentum ascendens (quod iam efficere potest, prius

non, nec proprijs viribus) ad ſcholam in qua facinora docet ingreditur, quę talis eſt. Somnijs proponunt ſuis alumnis iſti cacomagiſtri, non ſecus ac ſi loquerentur in cordibus eorum, Hoc & ſic facite, &c. Tot ſunt in ſomnijs huiuſmodi phantaſmatũ, authores aſcendentia, de quorum fontibus omnes incantationes originẽ ducunt, ac ita perceptibilia, vt quiuis per ſimilia ſomnia veneficiorum doctor euadere poſsit. Cum itaq; ſagę ſint inuidia necnon odio ſicuti ſuprà diximus induratæ, facilè poſſunt aſcendentia ſuper lapidem earum ſcelerata veneficia ſua firmiter ædificare. Non ſolùm ſomnijs, verumetiam phantaſijs & ſpeculationibus plurimùm accenſis edocentur ab aſcendentibus, illas proponentibus aſsiduè, donec ſagis perſuadeant eas marte ſuo tales artes perficere, cũ re vera per ſe non faciant, at putaticium opus earum exiſtat ab aſceñdente productũ: non aliàs quàm per medicum nemo curatur, ſed per medicinam. Et vt illis aſcendens occultum ſemper maneat, ceremonias docet varias, quòd illis imperiti maximè fidem adhibeant: iſtis laruis artes nephandas palliat, veluti fulmina ceremoniæ producere poſſent, quod falſum eſt: cum ſolùm aſcendens id faciat, eaſq; tantùm profert, vt ſuas nequitias melius tegere poſsit: potiſsimùm in Aſtrologia, Geomantiaque, &c.

CAP.

CAP. XXIII.

EST quòd summopere signa perpendas & opera, Lector optime; nam ista finem rei patefaciunt, & signa de quibus locutus fui: ne per doctorum virorum incuriam, & charitatem frigentem seductæ personæ, quibus auxilium quo liberentur à diabolicis vinculis dari potest, in ignem veniant, quo non immeritò puniuntur.

Cum in his & similibus Christus consoletur nos, dicens per ieiunium & orationes spiritus immundos eijci posse: cumque tam acriter in humanum genus irruant, præsertim in vetulas quæ propter earum deformitatem perperam à suis maritis aspernantur, odioque maiori turgent ac inuidia iunioribus. Hinc etiam fit, vt ascendentia firmius in istis exaltentur: qualescunq; tamen sagæ fuerint, medicamentis vnà cum orationibus & ieiunijs liberari possunt. Perceptis primùm signis, vt in naso vel alio quouis membro, certum est frustra non impressa fuisse: mox à signatis huiusmodi, veluti communi prouerbio docetur, cauendum est: quod natura tamen signauerit nullius est obseruationis. Prædicta signa sunt eo modo iudicanda, quo cicatrices in flagitiosorum faciebus per carnifices adustæ, necnon truncationes aurium: hoc modo suos carnifex, & ascendens itidem suo modo filios

ſuos inſignire ſolet. Sũt igitur ſignati filij ſuis in operibus fugiendi, verùm à ſuis erroribus retrahendi. His medium de maleficis, eorum origine, qualitatibus & notitia librum abſoluemus, partem alteram ſequentem, quę complementa cùm operum, tum remediorum per medicinalia continebit, maiori diligentia quàm præcedentem legito, quo plenam horum conſequi noticiam valeas.

Tractatus alter de maleficis & eorum operibus totus in archetypo Germanico deſiderabatur: quum primùm in lucem eruperit, his Deo dante connectemus.

FRAGMENTVM LIBRI DE Animalibus, ex diuerſarum ſpecierum coitu natis.

CORrupta natura fit, vt inter animantia bruta, generationis eorum etiam ordo perturbetur, vnde monſtra producantur. In primis de his quæ in mari, tum in alijs aquis naſcuntur, ſcribendum fore iudico: potiſsimùm quòd hominum ſit communis opinio, varia reperiri monſtra marina, de quo dubium non eſt. Hæc & ſimilia non generantur naturaliter, neq; ex creatione, ſed ex cruore piſcium cõtra naturalem ſuum ordinem concurrentium, qui ſimul minimè conueniunt. Piſcium duo diuerſarum ſpecierũ indiuidua ſimul

simul coeuntia generant, sicuti cum equa solet asinus. In mari variæ formæ piscium existunt, ac admirabiles, quare mirum non est, si quandoque monstra hominibus non vsque adeo dissimilia reperiantur: non quòd ex hominibus generata sint ex Sodomitica permixtione cum piscibus: quod absurdum est credere, sed ex piscibus vti suprà dictum est. Ex duabus specie differentibus in generatione partibus vnum fit vtriq; diuersum: nam duo sexu solo differentia sub eadem specie corpus vnum generant, vti mas & fœmina simul sibi simile: neutrũ per se tamen, sed ambo formam vnicam. Econtrà nonunquam accidere solet, vt mulieres biformes fœtus pariant, pro media parte similes hominibus, & pro altera brutis, quod turpe dictu nimium existit, nihilominus oportet ea detegi monstra, quò sciatur vnde processerint. Similiter in mari Syrenes ex creatione suum ortum non habẽt, at monstra sunt ex duobus differentibus specie, piscibus videlicet ac Vndenis duas formas producentibus in vno corpore: quęcunq; tamen simul conueniunt animantia duo, formam vnam & corpus vnum efficiunt. In mari namq; varia reperiuntur admirandaq; magis, quàm hîc in terris animantium genera, quædam vtrobique tamen ordinem à natura præscriptum non obseruantia, sed promiscuè sese coniungentia: maximè quod par pari similibus in vndis non semper adsit, vnumque

sæpius alterum amittat, ac in eius locum alienum occurrat: quo fit vt ex huiusmodi promiscuo coitu talia monstra super maria natantia, capiantur aut conspicua sint hominibus: alia multa partim submerguntur, vt non amplius in lucem appareant, partim ab hominum visu fugientia procul delitescunt.

Hinc fit vt rarò notitiam eorum habeamus, nonnunquam vnius aut alterius, vt aliorum ab eis cognitionem aliquam habere valeamus, & iudicium de similibus alijs facere. Nullo modo negari potest etiam in mari fore quædam animantia hominibus persimilia, licet non omni ex parte, magis tamen ad eorum, quàm brutorum formam tendentia, rationali quidem anima carentia, comparationeque ad hominem vti simiarum species existentia. Eorum varia plurimaque genera sunt, quæ si promiscuè coeant, nascuntur inde muli marini, monstraque marina diuersa, quorum nonnulla quæ monachorum formam referunt inueniri fertur, ex ita formatis monstris marinis producta. Sunt enim ouis ob multitudinem & lacte plurimùm differentia, quapropter eorum ortus melius dinosci non possunt, quàm ab his quæ non pereunt, nec perpetuò delitescunt vt pleraq; solent, sed prodeunt in lucem, ac à marinis piscatoribus videntur, & sæpius etiam suis retibus capiuntur. Si fortè sperma quod in exal-

exaltatione ſtetiſſet, ac ſubmerſum in piſcem reciperetur, exaltaretque ſeipſum: operatio poteſt inde ſequi per naturam vtramque, piſcis videlicet, ac ſpermatis. Ex eo potiſsimùm ſimilia monſtra naſcuntur in mari, quæ figuræ ſimilitudinem hominis habent. Nam ſi tale ſperma ſuis viribus conſumptum non fuerit, & venerit in operationem, nō eſt quòd aliàs exiſtimetur, quin monſtrum oriatur ex eo qualecunque fuerit.

Quapropter mortui ſepeliendi conſumendique meritò ſunt ſiue mulieris, aut viri cadauer exiſtat, ne digeſtio quæpiam ex eis quid ſimile moliatur: in aquis quandoquidem admirandæ nimium generationes plurimæ fiunt, eo quòd audiſtis, vt vix deſcribi queant. Cum igitur ſimilia monſtra monachorum inſtar, &c. viſa fuerint (vti fertur) & inuenta cum natura, &c. piſciumq; naturam aqueā habētia, iudicentur, &c. ſimilitudinem hominis habere: ſicuti marini canes & araneę pariter marinæ, ſic & homines fore marinos.

Hęc omnia narratu ſunt impoſsibilia, quòd mirū in modum generētur, formáq; non ſemper obſeruent eandem, origo licet eadem aliquorum exiſtat: quoniam iuxta coniunctionis vires natura producit ea ſicut ſunt.

Iſtorum genera licet multa reperiantur ſuper mare natantia, plura tamen in mari perpetuò deliteſcunt, alia rarò quidem emergunt, nobis ob id incognita, reliqua non

pauca per abortum aut aliàs ante ſuam ætatem pereunt: aliàs longè plura viderentur.

Similiter ex aëre monſtra naſcuntur hoc modo. Stellarum & aſtrorum influxus, eorum ſpermata ſunt, à quibus emittuntur: nam cum cœlum pro parte ſua generet hominem, iſtius proprietatẽ illud habere neceſſum eſt: intellige ſic, hominis generatio ſpermaticum ignem requirit, ſicuti formarum per formas productio fieri debet. Simile quodq; ſibi ſimile producit vel generat non alienum, quod quum viuere debet, homini vel animali ſimile quàm diſsimile magis exiſtat oportet. Conſiderandum vlterius hoc loco Sodomiticum opificem adeſſe: nam vbi ſperma hoc aſtrorum in generationem hominis tranſire deberet, excidit, effunditurque præter vtilitatem, ad quam ordinatum erat: quo fit vt rurſum ab aſtris attrahatur: nam quicquid à cœlo deſcendit, in cœlum iterum attollitur. Corruptio quam à terra ſuſcepit influxus ille rurſus aſcendens, non permittit eum idipſum fieri quod fuit antea, nec id quod inde reſultare debuit, vires tamen ſuas retinet, licet prorſus ad priſtinum locum ſuum nõ redeat: in aëre matrix eius exiſtit, in quo ſibi ſimilia naſcuntur animalia monſtroſa, quę rurſus deſcendunt, ac ſuper terram volant.

Aër etiam ab extraneis regionibus vt vltramarinis ad noſtras venit, qui nobis extranea quæ ſunt, in ſuis tamen locis orta ſæpius

pius adfert. Eſtq; naturæ talis aer vniuerſus, vt cœlum terramq; penetret, in omni quoq; ſolido, veluti muro, vel alio duro quouis inſit & concreto: hoc eſt, nihil eſt in rerum natura cui non inſit. Inde ſequitur ſpermata quæuis animalium in elementis eiectione iacentia, prout aranearum, bufonum, &c. reſolui, ſicut ſal in aere: nam omne ſperma ſal in corpore ſuo congelatum (gemmeum) clarificatum & reſolutum exiſtit. Poſtquam igitur aer in ſua regione ſemen huiuſmodi ſuper terram, aut in eo loco, in quo fuerit eiectum inuenerit, hoc ipſum reſoluit: ex ea reſolutione naſcuntur mirabiles formæ nonnunquam ſimiles animalibus, quorum ſemen illud extitit: nō omnino tamen, ſed membris aliquibus, in demonſtrationem originis, pernicioſioris verò veneni quàm parens altera fuerit. Quapropter domus expurgandæ ſunt omni diligentia, fabrificandæq;, ne ſimile virulētum in eis enaſcatur: habet namq; dominium aer in effuſa quæuis extra debitū locū ſpermata, quum reperit. In terra potiſsimùm & in aquis, in quibus varia ſimul animantia repunt, ea quæ ſuprà dicta ſunt inueniuntur: vt ex galli bufonisq; ſpermatibus naſcitur ſuper terram baſiliſcus. Galli ſiquidem ſperma dat ouum, at præter eius naturam eſt oua ponere, cum gallinæ proprium exiſtat: verùm ſic intelligendum putes, galli ſperma cum gallinæ ſpermate perfectum ouum producere: hoc eſt, oui

propagationem ambo conseruare. Quum tamen ipse suum sperma gallus, nullum exhibente gallina, protulerit, imperfectum fit ouum, in quo resoluta iacet auis, quæ vitellus existit, ac opus contra naturam. Est & alia basilisci generatio, quæ fit, quum gallus cum bufone gallinæ loco Sodomiticè conuenit, ex simili congressu verus basiliscus indebitè contraq; naturam vtriusq; generatur, non alia ratione, quàm ex asino mulus & equa nascitur, Is ipsus est, de quo penes philosophos naturales scriptũ est basiliscus, qui tam truculenter ad necẽ hominibus oculo suo venenũ suum imprimere conatur. Accidit etiam vt lacertæ cum stellionibus Sodomiam exerceant, ex qua peculiaris vermis generatur, vtriusq; parentis naturam habẽs, atq; proprietatem: hoc monstrum draco nuncupatur, quòd nemo quidnam animalis, nõ magis quàm draco sit, verè cognoscat, aliàs quàm ex indebito, contraq; naturam congressu vermium, vermem fore perniciosissimũ: de quo per similitudinẽ scriptura Sacra loquitur: Super aspidẽ & basiliscum ambulabis, &c. Definito basilisco, nũc ad aspidem veniamus, qui similiter vt alia Sodomiticum est animal, ex maioribus q̃ in Germania sint venenosis vermibus generatum, vt suprà, nihil ex se generans. Scripturæ sacrę sensus est, Super homines ambulabis, qui Sodomiticá vitam vt hæc tria bruta, basiliscus, draco & aspis, istorumq; parentes viuunt, &

quorum

quorum semen, generatio, qualitasq; nihilo melior, imò peior existit. Postmodum leo naturale primę creationis est animal, cuius proprietatem alia lacerandi necnon deuorandi, pariter & alia quæ dicta sunt, habent. Quum igitur similes aliqua in regione vermes reperti fuerint, ac in cauernis terrę vel alibi, præter loci consuetudinem apparuerint, aspides & crocodili vocari poterunt, &c. nam Sodomitica proles existunt, eiusq; mētio fit in Sacra scriptura parabolicè. Quapropter oēs quotquot hoc scelere contaminati sunt homines, eo Domini verbo comprehenduntur, & admonentur eius, nempe quòd similes vermes à die iudicij futuri sint, pedibus Christi conculcandi conterendiq;: hoc est, infernales homines, qui hîc in terris mundum totum pressserunt, infeceruntq; suo veneno, prout est istorum animalium trium natura, Christi pedibus conterentur. De his Iob loquitur: Corruptio pater eius est, & mater vermis atque soror, &c. Nam quicunq; viuit in suo corpore, corpus est, & ex terra, quare putrefit, eiusque fratres & sorores vermes existunt. Est igitur homo suum corpus diligens, basiliscus, draco, necnon aspis, nondum natus tamen, at in terris talis viuit, qualis post mortem actu futurus. Hæc est certa veraque monstrorum Sodomticorum ex suo fonte fundamento que descripta generatio, per quam apertè demonstratur hominum istorum ventres in

vermes transire Sodomiticos, talesq; manere sepultos in infimo resurrectionis: at beati resurgent, ac super eos ambulabunt. Sunt alia pleraq; similia fundamenta scriptu vix possibilia: quicquid horum latius requiritur, necessariumque fuerit, in libro de Generationibus rerum naturalium Deo dante supplebimus.

FINIS.

INDEX RERVM ET LOcorum in hoc Opere memorabilium.

A

ACADemicorum gradus 137
Adami caro 175
angeli 103
angeli mali à bonis fugantur 115
angeli rerum custodes 113
animam non omnes homines habēt 177
apostoli 42.129
apostolorum lux 118
arborum & seminum ordo 33
arcana rerum 14
artes vnde 38. mechanicæ ad nos vt perueniant 31
artium inuētores 28
ascendēs astrum 134
astutia naturæ 78
astrum 212. ascendens 134
augur & propheta 15
authoris scripta 202

B

BAbylonica meretrix 93
basiliscus 161.211
beati 202
Beelzebub 194
bella 85
brutum 13

C

CHaos 180
Cæsar 36
cœlum 12. instar agri 22
cœli musica 29. influxus 14. occulti 130. inclinatio 86. nuncij ibid. impressio & constellatio 17
cœlestis faber 222
Christophorus gigas 195
Christi doctrina 67
verbum cur nō ferre valemus 196
Christiana philosophia 97.120

chymici artifices 137
clerici 82
conceptionis modi sex 210. & deinc.
coniugium 34
cõsideratio vnde 156
corpora resurgentia 91

D

Dementátia 192
Deus 13. solus tutor 75
Dei influẽtia 25. voluntas 178. magnalia 16. ordinatio 76. donum 23
ad Deum quę nos ducant 173
diuina ordinatio 84
diabolus ascendens 228
diaboli astutia 21
diaboli vt in homines introducãtur 99
diuites 75
doctrina Christi 67
doctorum errores 23
donum Dei 23
duces angeli 113

E

Ecclesiæ Rom. ornamenta 194
ecclesiá super petrá fundatam 166
eleemosynæ 82
eloquentia 36
errores doctorum 23 indoctorum. ibid.

F

Fatui non sanabiles 143
fortuna biceps 72 bona & mala 74
fortunæ quisque suæ faber 72
fratri cur non dicendum, Fatue 154
fructus rerum 11
fures & prædones 144

G

Gigantes 195. anima caruerunt 196. quorũ historiæ meminerit 195
Gnomi 179
Gnomorum custodia 200

H

Herbarũ vires 10
historiæ quorũ Gigan-

Gigantum meminerint 195
homo 13.48.cur creatus 173. Adamicus 175. vt hominem generat 147. natura præſtátior 172. cur ſapiens 30. biçorporeus 127. ſpiritualis 125. non ægrotat 178
hominis duplex origo 163. diuiſio 13. ſpiritus 100. duo ſpiritus 122. tres partes 119. induſtria 180
homines non ex Adamo 174. ſaluádi 18. damnandi 19
hominum electio 41. creatiões 174. quatuor genera 174. inanimatorum natura 182. regiones 174.179
hominib9 omnia nota 171
hybernia 216

I

IAculum fulminis 222
idololatriç origo 214
ieiunium 108.110
imaginatio 209
impręgnatio perfecta 206
influentia Dei 25
inſipiens 152
inuidia nõ mori 121
Iupiter 212

L

LApſus noſtri fructus 146
liberationis tẽpus 65
limbus 210
limbus mortalis 129
lunaticorũ grad9 130
luxus virorum 167
mulierum 166

M

MAgi 214
magiſtratus authoritas 92
magnalia Dei 16
Mars 212
matrimonium 35.36
medicus vnde doceatur 136
medici ſupernatúrales 222
Meluſina 173.194
menſtruum 208

Monarchiæ. 83
Monarchæ in finem seculi vsque. 84
Mons Veneris. 191
Monachi aquatici. 190
Monstrum quãdo generetur. 165.166
Mõstri generatio. 197
Monstra marina. 191
Moriones. 123
Mundus. 39
Mundus hic, alterius imago. 20
Mysteria hominibus patefacta. 118

N.

NAtura successa & nõ successa. 160
Naturæ astutia. 78
Nati quando patri similiores. 199
Necessitas. 60
Nymphæ. 179.19

O.

OBsessi à dæmone. 105
Officina fabrilis. 150
Opum copia. 82. inæqualitas. 82
Oratio. 108
Ordinatio Dei. 76
Ouum. 160

P.

PAradiso cõtraria. 145.146
Pauperes. 74
Pedagogus. 87
Petrus. 84
Phantasia. 209
Pharisæi. 129
Pharisæi Iudæorum. 84
Philosophi veri fundamentum. 175
increduli. 90
Philosophia Christiana. 97
Planetæ meretrices efficientes. 228
Pygmei. 195. 179. à quibus geniti. 196 198
Potestas vera. 110
Potestas. 108
Prædestinatio. 107
Prægnantes imaginationib. infestãt. 212
Præseruatiuum. 140
Prodigia vt fiant. 208
Prognostica insipidorum. 155

Pro-

Propheta & augur. 15
Prophetarum dijudicatio. 134
Pseudoeuangelici. 133
Pseudotheologi. 118
Pseudophilosophi. 22
Pseudomedici. 22
Pseudoastrologi. 138

P.

RAnæ quomodo in cœlo generentur. 207
Ratio nostra potior astris. 87
Reges & principes. 81
Rerum virtus. 13
Rerum fructus. 11
Rerum naturaliũ custodes. 199
Rerum arcana. 14
Resurrectio. 90

S.

SAlamandræ. 179
Salus vbi existat. 70
Salpetræ. 218.219
Sãctificationis dies. 69
Sanguinarij. 94
Sapiens. 151
Sapientum proditio. 152
Satan ad opes promptior. 82
Saturnus. 212
Scandala. 85
Schema genethliacũ. 126
Scholæ duplices. 42
Scortatio. 36
Sectæ. 136
Seductores in Euangelio. 139
Seminũ & arborum ordo. 33
Semidementes. 141
Signa præter naturã. 210
Sodomia. 164
Sodomę euersio. 170
Sol faber. 203
Solis & hominis comparatio. 203.204
Sopitorũ motus. 112
Spiritus hominis ex limbo. 124
Spiritus inferni. 100
Spiritus præsagi. 120
Spiritus vota sua consequuntur. 190
Strigę quam habeant potestatem. 98

Stellæ æstiuæ & hyemales. 220
Stellas in peiora impellere. 136
Stulti & insani differentia. 152
Stultorũ natura. 149
Stultorum prudẽtia. 153.154
Stultorum in aulis vsus. 156
Successa & non successa natura. 160
Superstitiosa. 95
Syluestrium custodia 200
Syphitæ. 112
Sylphes. 188
Syluani. 179
T.
TEmpus liberationis. 65
Tẽporum ratio & vis. 36
Theodidactus. 35.46
V.
VEnefici quam habeant potestatem. 98
Veridici simplices. 155
Victus & sustentatio semihominum. 181
Violatores mulierũ. 94
Vinum sapientũ proditio. 152
Virtus rerum. 13
Vndenæ. 179
Voluntas Dei. 178
Vulcani multi. 149
Vulcanorum officina. 200
Vulcani. 179

FINIS.

